




**Epitome brevis, sed absoluta epithetorum omnium, quæ à
poëtis, autoribusq[ue], alijs omnibus attributa rebus, aut sunt,
aut adijci apte & eleganter possunt. : Quo compendio propter
nouam & incredibilem utilitatem magnas gratias speramus
nos apud candidum literarum lectorem inituros.**

<https://hdl.handle.net/1874/416869>



VICTOR

**Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell
Huybert van Buchell (1513-1599)**

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:

- de rug van het boek
 - de kopsnede
 - de frontsnede
 - de staartsnede
 - het achterplat

**This book is part of the Van Buchell Collection
Huybert van Buchell (1513-1599)**

More information on this collection is available at:


<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>


Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:


- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board


X. oct.

36










Litterae Latinae

Octavo n^o. 36.

gerstausand 8-10-99



N 103. B.

Ex dono Buchely.

EPITOME

BREVIS, SED ABSOLVTA EPI-
thetorum omnium, quæ à Poëtis, autoribusq; alijs
omnibus attributa rebus, aut sunt, aut adijci apte
& eleganter possunt. Quo compendio propter no-
uam & incredibilem utilitatem magnas gra-
tias speramus nos apud candidum
literarum lectorem
inituros.

Summo summæ eruditionis uiro Ioanne
Rauisio autore.

BASILEAE APVD BARTHOLO-
MAEVM VVESTHEMERVM,
ET NICOLAVM BRY-
LINGERV.M.



EPITOME

THE HISTORY OF THE
REIGN OF CHARLES THE FIRST
BY JOHN BURNET

IN TWO VOLUMES
THE SECOND VOLUME
LONDON, 1704

Printed by J. Sturges, at the
Sign of the Sun in St. Dunstons
Church-yard, near St. Dunstons
Church, in the County of Middlesex.

IOANNIS RAVISII TEXTORIS 3

Niuernensis Epithetorum opus,

Compendiosa in totum

opus praefatio.



LERIQVE multae lectionis uiri,
beniuolo & salubri quidem cōsilio me
frequentissime monuerunt, ut ab eorū
uauitate & inani cauerē stultitia: qui
ut auditoribus sese mirabiles efficiant, & aestimatio
nem sui prorogent, *Odyssaeas* & *Iliadas*, ad maius
aliquid promittunt se parituros, hisq; immortalitas
tem pollicentur, quibus opera ipsa nuncupauerint.
Demum ubi diu satis, & ultra elephantos uterū tur
lerunt, accessitq; etas iā matura, & partui tam am
pulloso idonea, fatigatum tam diuturna expectatio
ne lectore destituunt, & uerba emittunt pro farina,
muremq; ostendunt pro leone. Cuiusmodi fuisse fe
runtur Calliphanes Poëta, et *Timæus Siculus*, quo
rum hic gloriabatur, & passim iactitabat historiam
se scripturum, qua *Thucydidē* & *Philistum* supera
ret. Ille diuersorum carminum & orationum initia
conscribere solebat, eaq; ad tres aut quatuor uersus
pronuntiare & ostentare, ut cōmentum ignorantib
us, multiscius & eruditus uideretur. Itaq; quoniā
consultissime agunt, qui aliena fruuntur insania, ca

uere uolo ab ea nota, quæ per multos in tota posteritate ridiculos fecit, & contemptibiles. Dederam prius in lucem Epithetorum meorum specimen, & ut amicis obsequerer, qui id à me precibus importunis ac quotidianis propè conuitijs extorserant, & ut aleã iudiciorũ experirer de primitijs illis. Quas quoniam nullis difficuisse uideo, præter quàm paucis ad conuitia & satyras natis, qui maledicunt semper: quoniam benedicere non norunt, præstare uolui, quod antè promiseram, opus scilicet integro cõmentario absolutũ, et extrema iam apposita manu, testimonijs poëticis ubiq; & circumquaq; uestitum. in quo si quis minorem sua spe frugem dicat reperisse, sciat me id ipsum scripsisse, non Lælijs aut Catonibus, non Ciceronibus aut Vergilijs, sed imperitis adhuc & rudibus tyrunculis, qui à prima studiorum infantia nondum excefferunt, nec omnibus quidem, sed his tantum, qui perinde ac musas habuerint obstetrices, poëtica disciplina suapte natura sunt idonei. Cæteris uero qui exclusi sunt Helyconæ, non hæc magis scripta sunt, quàm de agrorum cultu sterilibus terris, ut cum Fabio loquar. Quum ergo puerilibus studijs aptum & consecratũ sit hoc opus, satis erit mihi fauorẽ apud eos meruisse, quorunt

rum rationem habui. Quod si literis & atate prouecti cum plausu id exceperint, uberior & longe titilantior uoluptas animo meo futura est. At si uultu superbo & minime familiari contempserint, qui nihil nisi tripodas commendant & sibyllarum folia, non uerterim manum. Placcant illi in suis ampullis, & me permittant humi serpere. Si in modicis rebus uacilla uero, minoris erit periculi parua illa et humilis mea ruina, quàm si currum solis appetere cum Phaetonte. Qui in minimis exiguiq; momenti operibus probè funguntur suo munere, laudè merètur, non minus, quàm qui tractant sublimia. Maronis opusculum de culice non damnant: Imò uero mirantur plurimum, qui rationem habent animalculi. Neque ut spero, modicum hunc laboris mei partum reprobabunt, qui consideratius animaduertent, quem & in quorum usum editus sit. Editionem autem nimis præcipitatem culpantibus, respondebo humilibus & infimis rebus nihil opus esse luxurioso & nimis superstitioso cultu: Affectatus ille uerborum apparatus, circumspectaq; , ut ita dicā, mangonizatio sublimibus & arduis operibus conueniūt, sicuti accurata uestimentorum lauticies, & plerunq; repetita speculi castigatio, non decet rusticas et paganas

mulierculas, quibus satis est placuisse bubulcis, & porcarijs, sed heroinas & regum filias, quæ principum oculos in se conuertere student. Præterea usus nonnunquã accidit, ut nimia illa cunctatio, & mora præstandi, quod ante promissum est gratiam imminuat, nisi quod præstatum, tedium expectationis largo sænore compenset. His permotus causis cditionem acceleravi, tũ etiã, quod me tæderet in his elementis consensescere, in quibus nihil est ferè gloriæ, & multo minus utilitatis. Sed rem aggrediamur, idq; ex ordine literarum, quò facilius & promptius inquirentium labori succur-

Henrici

riani de morte sui Textoris querimonia, ad uirum
multa eruditione & probitate spectabilem

D. Ludouicū Miletū hypodidascalū

Nauarriēsem meritissimū.



VIS mihi Neptunus uiolentis igni
bus undas

Suggeret? Irato quis mihi frena
dabit?

Que mihi Pleiades poterūt extinguere flammam,

Quam motus calido pectore sanguis alit?

Nulla iracundis uacua est singultibus hora,

Vitaq; placatum non habet ista diem.

Multoties renouat miserabilis ira dolorem,

Ira inquam ad luctus ingeniosa meos.

Ter mihi quotidie presentes postulo furcas,

Que uitam secum tristitiamq; ferant.

Ter quesita die mihi sunt longa equora ponti,

Ossa ubi pennati lusor amoris habet.

Deuouit toties madidis hoc corpus arenis,

Frigida ut amnigenis piscibus esca forem.

A Ioue sceptrigero petij reuolubile saxum,

Quod miser Aeolides per iuga montis agit.

Sed luctus uideo nec dii nec uota leuabunt,

Sorbebuntq; meas uentus & aura preces.

Ipse nisi satyras, dirumq; exprompsero uirus,
 Et male cœlicolis syderibusq; precer.
 Sed fallor, nihil est quod sydera & astra laceſſam,
 Sunt uertenda aliò carminis arma mei.
 Vos igitur musæ quibus est permissa potestas,
 Laurigera uatum cingere fronde caput.
 Et quas seruandis commisit uatibus Orpheus,
 Sollicitus uestri duxq; paterq; chori.
 Cur nam seruastis Textorem, dicite musæ,
 Præcipuum clara Palladis arte ducem?
 Non illum argolici terrebant ora Periclis,
 Nec cessurus erat Socratis ingenio.
 Quis melius didicit lingua exarmare leones,
 Et faciles sola reddere uoce feras?
 Quis potuit melius uerbis lenire furentem,
 Et dare præcipiti frena modumq; uiro?
 Carmina Diræus caneret dum musica uates,
 Et resonum digitis sollicitaret ebur.
 Ad citharæ pulsum mouere cacumina montes,
 Atq; sua lentus sponte saliuit aper.
 Haud aliter Textor uibras laxante camœna,
 Tardipedi potuit subdere calcar equo.
 Atq; soporatos à somno pellerè glires,
 Et bello insuetas cogere ad arma manus.

Pertigerat

DE MORTE TEXTORIS. 9

Pertigerat latios Textoris gloria fines,
 Ereptura tibi Quintilliane togam,
 Quum subito exarsit miseros qui regibus aequat,
 Parcarum impatiens sanguineusq; furor
 Textorem nostræ inuiderunt fata Nauarra,
 Fata inquam doctis insidiosa uiris.
 Sed nonne hac causa culpam excusabo sorores?
 Digna est compedibus dignaq; culpa focis.
 Si uos integritas fidei non mouerit atq;
 Inter nos iuncta fœdus amicitie,
 Flectere uos hominis potuit doctrina sepulti,
 Et multis probitas discutienda modis,
 Quodq; magis crucior, uel quod mihi suscitât iras,
 Nondum finierat Dia iuuenta iocos.
 Nec primum complêrat iter reuolubilis ætas,
 Quum dedit extremum mors inimica dicm.
 Ecquid uos igitur sceleris patrasse putabo?
 Iacturam ne unius creditis esse pili?
 Si uos supplicio Rhadamanti traxerit ira,
 Non satis ad pœnas tartarus unus erit.
 Sed quoniam nihil hic luctus nec proficit ira,
 Nec motus animos uerba cruenta leuant,
 Textoris cinerem musæ seruate reliquit
 Ingenij sortum Textor, opesq; sui.

10 HEN. LAB. DE MORTE TEX.

Interea ablatum nobis tutabere uatem

Mileti donij prima lucerna gregis.

Si te celsus amor studiorum ille xerit unquam,

Hec tibi seruandi cura parentis erit.

Vos quibus ingenium Textor suffecit & artem,

Huic cineri uiolas, thura, fâcesq; date.

Quo inlo etiã ante oculos uersabitur umbræ sepulti,

Dicite, Textoris molliter ossa cubent.

Epithetorum

EPITHE

TORVM OMNIVM PROBA

tissimorum autorum Epitome

Ioannis Rauisij.

Abacus.

Vinolentus, acernus

marmorcus, eburnus

nitens.



ABACVS capitur pro mensa, repositendis uasis & escarijs et uinarijs idonea, ut apud Iuuenalem & Ausoniū.

Abacus.

Capitur etiam pro organo Arithmetices & Mathematicorum tabula, in qua lineæ, numeri & figure deducuntur, ut apud Persium. Hoc in sensu aliter uocatur mensa Pythagorea. Capitur etiam pro calculo, ut apud Macrobiū lib. 1. Satur. Diminutiuum eiusdem significationis est abaculus.

Abdomen.

Album, unctum, tumidum.

ABdomen dicitur pinguetudo spinæ adhaerens, et in qua renes iacent. Neq; terrestriū tantū animalū est, ac etiā aquatiliū. Nā ex Thynno pisce, Abdomina dicuntur thynnica apud Gellū.

Abdomen.

Abies

Abies.

Enodis,	audax,	apta fretis,
redolens	montana,	umbrosa,
crispa,	procera,	crinita,

Abietis na-
tura, et qui-
bus operi-
bus apta.

Abies arbor est procera & rectissima, que posita in transfuersum ponderi renititur: nec prius rumpitur aut fatiscit, quam absumatur carie: pars eius inferior est enodis, superior nodosa & durior. Montes amat, utilis est multis uite operibus, precipue nauigijs & trabibus. Ei uitium est resina, folia habet pectinum modo, que non amittit. Terna cadit germina, inter squamas corticē spargit. Semen reddit post occasum Vergiliarum: ramos habet in cœlum tendentes, non in latera pronos, quorum cacuminibus decisis emoritur. At si infra ramos præcidatur, quod superest uiuit. Laudatissima est in alpibus

Abiegnum
opus Abiet-
sarij.

Apenino, Vogeso monte, Corsica. Arcadica facile putrescit. Eius umbra satis perniciosa est. Abiegnū opus dicitur, quod abiete factum est. Et abietarij uocantur fabri lignarij.

Absynthia.

Absynthiū
quid.

Tetra, cana, tristia, uirosa.

Absynthium herba est saporis amarissimi, & floris in rotundum canescētis. Genera eius diuersa ponit Plin.

nit Plinius Sanctonicum à Gallia ciuitate. Ponticū à ponto, ubi pecora pinguescūt illo. Huius medulla dulcis est, licet multo sit amarius Italico. Latinarum ferijs quum quadrigæ certabant in capitolio, uictor absynthium bibeat. Porro stomachū corroborat, propterea sapor eius etate Plinij in uīna transferebatur. Varius est eiusdem in medicinis usus.

Absyrtus.

Absyrtus filius fuit Aetæ Colchorū regis, quem Absyrtus à Medea eiusdem soror cum Iasone discedens membratim discepsit, particulis circumquaq; disiectis, re disceptus. ut sequentem se patrem in colligendis filij ossibus occupatum, remoraretur interim. Vnde Ouid. in Ibis. Et lib. 3. Trist. In huius autem parricidij monumentum, ei loco Tomos nomen inditū est, à membrorum concisione. Idem Ouid. Vnde Tomos dictus locus est, quia fertur in illo, Membra soror fratris consecuisse sui.

Actius. Vocatur aliter Aegyaleus.

Abidus.

Ostrifera, leandria, antiqua.

Abydos urbs est Asia à Milesijs condita, & Se/ Abydos. sto oppido Europæ opposita, interfluente angusto mari Hellepontico, quod Leandri iuuenis Abydeni ad Ero

ad Ero Sestiam, quam deperibat, natantis casu & naufragio nobilitatū est. Hinc ortū adagiū. Abydū nauigare, quod de intrepidis, & qui pericula minime reformidant, dici solet.

Abyla.

Herculea.

Abyla & *Calpe*. *Abyla* & *Calpe* montes sunt utrinque oppositi, quorum *Abyla* coercet claustra Africae, *Calpe* Europae. Propterea columnae Herculis uocantur. Has enim Hercules ipse ibidem fixisse dicitur, quum boves Geryonis uestigaret, perinde ac ultima ibidem esset orbis meta, neque ulterius quicquam superesset, quod uel adiri posset, aut habitari, Syllius lib. 4.

Abyllus.

Cœnosa, profunda, infima, luctifica.
Academia.

Sancta, Umbrifera

Acanthis.

Picta.

Achantis, auis est quae alio nomine uocatur, Car
duelis Verg. lib. 3 Georg.

Acanthus.

Mollis, frondens, croceus, sidonius, uiridis
ridens, flexus, tortus, olens, rutilus.

Acanthus

Acanthus herba est elato longoq; folio, crepidi- *Acanthus*
 nes marginum, assurgētiumq; puluimorū toros ue- *gd, & eius*
 stiens, autore Plin. Duo sunt eius genera, aculeatū *genera.*
 & crispum quod breuius, alterū lene, uirgultū eius
 flexibile est. Hinc. Verg. lib. 4. Georg. Et flexibile
 uimen Achanti. Seruius ait arborem esse spinosam
 in Cyrenaica regione, & Aegypto frequentē, quæ
 semper frondent, ut oliua & laurus: Poeta fabulan-
 tur Acanthum fuisse liberali forma puerulum, qui
 in florem sui nominis deorum commiseratione sit
 commutatus.

Acarnan.

Vagus, corniger, durus, asper.

Acarnan acarnanis seu acarnanos mons est At- *Acarnan*
 tica lapidosus. Interim nomen gentile pro eiusdem *quid.*
 loci populo. Quandoq; etiam capitur pro fluuiis,
 ut sequentibus patet.

Accusator.

Querulus, contentiosus.

Acerra.

Custos thuris, sacrificia, aurea, mans, pura.

Acerra dicitur capsula thuris, seu in qua thus re *Acerra.*
 ponitur ad sacrificia. Ea frequentissime fieri solet
 in formam cymbule cuiusdam. Verg. Farre pio, &
 plena

plena supplex ueneratur acerra. Nostri aliter thuribulum uocant.

Acestes.

Dardanius, Troia generatus, Troianus,
Hectoreus, Siculus.

Acestes. Acestem poëta dicunt filium fuisse Crinisi fluminis ex Aegista muliere Troiana. Hic postea rex Sicilia factus, Troianos ibidem benigno suscepit hospitio, abeuntesq; uino, & alijs etiamnum muneribus memor ueteris amicitiae, liberalissime persecutus est. Ab eius nomine dicta est urbs Acesta.

Acetum.

Acre, piperatum, frigorificum,
mordax, rubens, niliacum,
pharium, turgidum, resinatum.

Aceti uaria consideratio apud Plinium. Acetum inter ceteros humores liquidissimum est, & acore uehementi etiam tristificum: nec unquam congelascit, aut frigore contrahitur, autoribus Galio & Macrobio. Palatum iuuat, acuitq; & irritat stomachum. Summa ei uis in refrigerando. Per se haustum fastidia discutit, singultus cohibet, sternutamenta olfactu. Vim æstus arcet in balneis, si contineatur in ore. Saxa rumpit infusum, que non ruperit ignis antecedens. Cibos & sapes non alius
magis

magis succus cōmendat aut excitat. Margairtas su-
ui et asperitate resoluit. hæc ex Plinio .apud Aegyp-
tios præcipua & laudabilis fuit eius bonitas, ut etiã
uini precium anteiret. Capitur quandoq; pro mor-
daci dicacitate. Horat. in Serm.

At Græcus postquàm est Italo perfusus aceto.

Hinc adagium. Aceto perfundere, id est, maledictis
aspergere, & infamare conuitijs.

Achaia.

Danaa, Aegialos.

Achaia regio est Græciæ, undiq; præterquàm à
Septentrione mari circumsepta. Caput eius fuit Corinthus. Nomen sumpsit ab Achæo Xuti filio, unde
Græci dicuntur Achæi et Achiui. Achaidæ sceminæ
Ouidius in Epistolis.

Inter Achaidas longe pulcherrima matres.

Danaa & Aegialea prius dicta.

Achelous.

Tumens, Calidonijs, naupactæus, turgidus
Deformis, luctator, undosus, acarnanus, Actolus

Achelous fluuius oritur à Pindo. Actoliã ab Acar-
nania diuidit, prius uocabatur Thoas. Hoc nomen
à ueteribus quoq; pro quauis aqua usurpatum est,
quod hic fluuius omnium primus post diluuium cru-

Achelous.
 ab Hercule
 superatus

perit. Poëta fabulantur filium fuisse Oceani & terræ, gemino cornu insignitum, certa seque cum Hercule causa Deianyra, & ad extremum excusso altero cornu superatum, in fluvij formam transisse.

Achæmenes.

Diues, Horat. lib. 2. Carm.

Achæmenes

fuit rex Persarum ditissimus, à cuius nomine Persæ dicti sunt Achæmenei & Achæmenide.

Acheron.

Anarus, tartareus, imus, adustus, profundus
 Mœstus, nefastus, durus, ferox, ater, languidus
 Miser, opacus, infernus, piceus tristis,
 mortuus.

Acheron

Acherontem poëta dicunt Cereris esse filium et fluvium inferorum. Hinc umbræ Acherontides uocantur à Mantuano. Fiunt & inde adiectiva & acheronticus & acherusius.

Achilles.

Impiger, immitis, cristatus, seuus larysæus,
 Felides, armipotens, æquoreus, filius Thetidis
 Insolens, clarus, Phthius, nereus, perucax
 Iracundus, inexorabilis acer, animosus, Hæmonius,
 magnanimus, fortis, thessalicus,
 Thetidis

Thetidis proles, æternus, superbus, uiolentus,
 Ferox, sanguinolentus, purus, bellax,
 belliger, danaus, pellæus, expers terroris, atrox
 Indocilis, fatalis, Chironis alumnus.

Achilles fortissimus Græcorum omnium, filius fuit
 Pelei & Thetidis, quem infantem ut fabulantur Poëta mater stygijs aquis totum immerfit & abluit, coq;
 modo inuulnerabilis in toto corpore factus est, præter
 quam in ea parte pedis, qua comprehensus ab ipsa ma-
 tre fuerat, dum ablueretur. Demum Chironi Thesalo
 homini iustiss. datus est educandus, ut sub eo bellicis
 artibus insuesceret à primis annis, & in musica disci-
 plina proficeret, atq; etiã bonis moribus enutriretur.

Achilles.

Achiui

Insensu Teucris, pugnaces, seui, mycenæi,
 Vncti.

Acies militaris

Acrata, funesta, præliaris, martia, belligera,
 Trepida, lunata, ultrix, sanguinea, fulgid.,
 Hostilis, armata, magnanima, nitida, hastata,
 Cruenta, horrida, armifona, manipularis, trux

Acies oculorum.

Sanguinea Verg. lib. 4. Aen. Sanguineã uoluēs aciẽ
 Ardens, Idem lib. 12. Ardens oculorum acies.

Acinacis

Acinacis Mædus, Persicus. Acinacis gladius, quo Perse
 & Mædi utuntur.

Acinus.

Oblongus, Ebriosus.

Acinus seu Acinum, paruum est granū, quod inter
 Acinus minutiores arborum fructus nascitur.

Accipiter.

Prædo, acer, ferus, hyperboræus.

Accipiter avis prædatoria, nomen traxit ab accipi/
 Accipiter endis auibus. imbelles uolucres insectatur, ut colum/
 bas. Bellum gerit cum aquila. Odit radicem syluestris
 asparagi. uelocissimus eiusdem uolatus, prouerbio lot/
 cum fecit.

Acis.

Simethius, herbifer, sicanus.

Acis fluuius est Siciliæ ex Aetna scaturiens. Poë/
 Acis fluuius & fabulantur filiū fuisse Fauni ex Simethide nymphæ
 us. et interfectū à Polyphemo præ zelotypia, quod uter/
 que Galatheam nympham adamaret.

Aconitum.

Pallidum, luridum, dirum, uirosum.
 Stygium, nigrum.

Aconitum herba est quæ perfusa Cerberi spuma, ue/
 uenium

nenū contraxit efficacissimū, unde & pro quolibet ueneno solet accipi. Dicitur autem aconitum, quod in collibus nascatur. *Aconitum*

Acron.

Ceninus, Hercules.

Acron dux fuit Ceninensium, qui à Romulo, bello uictus & obtruncatus est, suisq; armis spoliatus, dum uirginum Sabinarum raptus ulcisci uellet. *Acrontis. mors*

Acragas.

Arduus, Verg. lib. 3. Aeneid. Acragas, anti- ciuitas est Siciliae quae aliter Agrigentum dicitur. *Acragas ciuitas*

Actæon.

Nepos Cadmi, celer, Cadmeus, Autonocius.

Actæon filius fuit Aristei & Autonoes Cadmi filie, qui ut fingunt Poëtae, quum inter uenandum forte fortuna Dianā in fonte nudam cōspexisset, eiusdē ira & indignatione cōmutatus est in ceruum, & à canibus suis dilaniatus. *Actæonis mors.*

Actor.

Theatricus, scenicus.

Acumen.

Argutum, penetrabile, solers, sagax.

Acus.

Nilotis, crinalis, abena, tenuis, semiramia,
 Babylonis, Idalia, mordax, maonia, sollicita,
 artifex, Assyria.

Adam.

Sons, antiquus, protoplastus, primæus,
 luteus.

Adamas.

Durus, perennis, inuictus, solidus, mansurus,
 insecabilis, eternus, perpetuus.

Adimantis Adamas lapis est indomitæ duriciæ, adeò, ut nec
natura & ferro, neque malleis, aut incudibus cedat, at potius
proprieta / percussus uulnus inferat, quàm accipiat. Coniectus
tes. in ignem non incalescit. Nam eius quoq; natura ui-
 trix est ignium. Vnde & nomen indomita uis,
 Græca interpretatione accepit. Rumpitur nihilo-
 minus hircino sanguine, sed non aliter quàm recēti
 & calido. Sculptores eo nullam non duriciem exca-
 uant. Dissidet cum Magnete in tantum, ut iuxta
 positus, ferrum non patiatu abstrahi. Venena facit
 irrita, & lymphationes abigit, metusq; expellit à
 mente. Varia sunt eius genera, quæ ponuntur à
 Plinio.

Adamastor.

Adamastor.

Sæuus, Claud. Sæuusq; adamastor. Fuit autem Gy/
gas immani statura & proceritate.

Addua.

Coler, cærulæ.

Addua fluuius est ex alpibus in padum effluens.

Adolescentia.

Feruida, leuis, negligens, luxuriosa,
intemperans.

Adonis.

Ploratus Veneri, aptus syluis, formosus,
cynareius, pictus, pulcher, tener, dul/
cis, mollis, miserandus, cithereius, pur/
pureus, niueus.

Adonis filius Cynare Cypriorum regis & Myr/
rha, à Venere ob elegantem formam summe ada/
matus, quem in Idalio nemore uenantem, primo
ætatis flore aper occidisse fertur. Mortuum uero
amafium multis defleuit lachrymis, quibus quum
nihil proficeret, ad doloris leniciem, pueri cruorem
commutauit in florem.

Adonidis
mors.

Adraſtus.

Thalaonides, Inachus. Thebanus, Perſeus.
Adraſtus. Adraſtus rex Argiuorum Thalaonis & Eurynomes fuit filius, qui pro genere ſuo Polynice (nam Argiam filiam ſuam eidem copulauerat) contractis ex omni Græcia uiribus et copijs, expeditionē ſumpſit in Etheoclem regē Thebanorū, quod is iuxta patris Oepidi teſtamentum, regni adminiſtrationē Polinici fratri alternatim nollet concedere. Hic Adraſtus templum Nemeſi primus cōſecrauit: quæ propterea Adraſtea uocata eſt.

Adria.

Raucus, inquietus, iracundus, præceps,
 Ventofus, longus, tumidus, minax,
 uagus, magnus.

Adria. Adria in masculino genere pro ſinu Adriatico, & ipſo mari frequentiffime ſolet accipi.

Adulatio.

Indecora, mellea, blanda, pernicioſa,
 inſidioſa.

Adulator.

Cæcus, bleſus, uilis.

Adulter.

Turpis, nitidus, temerarius, obſcœnus,
 crudelis.

EPITHETA.

57

crudelis, secretus, impatiens mora,
nocturnus.

Adulterium.

Turpe, spurcum, arcanum, sordidum,
impurum, malum.

Aduena.

Itinerans, uagus.

Adytum.

Terrificum, latens, penetrabile, secretum, Adytum,
profundum.

Adytum uocatur secretior locus templi, quē olim
nemini licebat intrare, præter quàm sacerdoti.

Aedes.

Marmorea Ouid. in epist. Et dea marmorea cuius
in æde sumus.

Aedon.

Suavis, tristis, uocalis.

Aedon avis est, quæ alio nomine luscinia, seu phi Aedon
Iomela dicitur. avis.

Aeas.

Purus. Lucan. lib. 5. Fluius est Epyri à Dyrra-
chij moenibus ex Macedonia prius defluens : & in
mare Ionium cadens.

6 5

Acacus.

Aeacus.

Iudicans, Asopiades, seuerus, iuridicus, toruus, iustus, inexorabilis.

Aeacus. Aeacum Iouis & Aeginae filium poëtae inter iudices inferorum numerant, propter laudabilem iustitiam, quam in terris exercuit.

Aegæon.

¶ Cruentus, centumgeminus.

Aegæon. Aegæon, ut fabulantur poëtae, gigas fuit centimanus, qui uno ictu, centum scopulos in Iouem contorquebat. Victus demum alligatus est à Neptuno, scopulis Aegei maris.

Aegeria.

Nocturna, Romula.

Aegeria. Aegeria nympha fuit culta propè Aricinum lacum, cum qua Numa Pompilius fingeat se nocturnum habere cōnubium, & colloquium de religione & sacris ceremonijs, ut leges suas quas Romano condebat populo, sanctiores redderet.

Aegina.

Asopis, filia Asopi fluij Achaicæ, Ouid. libro 7. Meta. Aeginae amplexus etc.

Aegis.

Horrida, sonans, coruscans, terrifica, cruenta,

enta, fulua, medusæa, terribilis, sanguinea,
cruda, serpentigera, palladia, superba.

Aegis clypeus fuit Palladis seu pectoris munimen Aegis.
tum, factum Amaltheæ capræ corio, in cuius medio
erat caput Gorgonis dirum ac terribile, quod qui
intuebantur, lapidescebant protinus. Hoc muni-
mento armata Pallas ad excidiū Troiæ profecta est.

Aegoceros.

Humidus, gelidus, celer, corniger, udus,
niuosus, laniger, portitor Helles.

Aegoceros cœleste signum latine dicitur Capri Aegoceres
cornus, & Aries. De eiusdem natura uide Maniliū
Casarem Germanicum, Aratum, & Nigidium. Hoc
signum sol percurrit in mense Martio.

Aegrimonia.

Deformis, fastidiosa.

Aegypti.

Linigeri, sistrati, uentosi, pharaoniade, la-
gida, calui, fusti, sapientes.

Aegyptus.

Hiulca, parens terrarum, trigonalis, fertilis,
Cœli studiosa, diues, fœcunda, sagax, demens,
horrida, memphitis, mater artium.

Aegyptus

Aegyptus. Aegyptus nomen accepit à Danaï fratre, quum prius Aëria uocaretur. Fœcundatur Nili inundatione, quoniam nunquam illic pluerè uisum est. Formam habet triquetram, quam suis flexibus efficit Nilus. Tempore Amasis regis habuit uiginti urbium millià, quarum præcipue fuerunt Alexandria, Thebæ, Babylon, Memphis &c.

Aegysthus.

Thyestiades, adulter, desidiosus.

Aegysthus Aegysthus filius fuit Thyeste ex Pelopeia, eiusdè Thyeste filia, quem infantulum mater causa tegèdi sceleris perdendum feris exposuit in syluis, ubi tamen pastoris cuiusdam beneficio, caprino lacte nutritus est. Hic Atreum prouectior factus, interfecit, eiusq; filium Agamennonem, cuius uxore Clytemnestram adulterabat. Ad extremum ab Oreste eiusdem Agamennonis filio patris mortem ulciscente, interfectus est.

Aello.

Ales. Ouidius lib. tertio Meta. Exterruit ales
Aello: nomen est harpyiæ.

Aeneas.

Magnanimus, Dardanius, Troius, Troianus,
Anchisiades, Anchisa generatus, Ingens, Laomedontius,

medontius, Acer, Dardanides, Fatalis, Phrygius, pius, Rhetius, Castus, Cythereius, Penatiger, fluctuagus, Iliacus, profugus.

Aeneis.

Diuina. Statius lib. 12. Viue precor, nec tu diuinã
Aeneida tenta.

Aenigma.

Cæcum, durum, latebrosum, tenebrosium.

Aeolus.

Rex tempestatum, Hippotades, imperiosus, uentipotens.

Aeolum poëta dicunt Iouis esse filium ex Serge/ Aeolus rex
sta Hippotæ Troiani filia, cumq; uentorum & tem/ uentorum.
pestatum principem faciunt.

Aequor.

Stratum, uentosum, undiuagum, liquidum, tumidum, uastum, undosum, immensum, mar moreum, diffusum, latum, cauum, peruium uelis, dubium, turbidum, ceruleum, asperum, horridum, salsum, fluitans, spumans, glaucū, concitum, insanum, scæum, minax, sinuatū, refluxum, rapidum, canens, iratum, patulū, pronum, tumefactum, spumeū, lunatum, truculentum, indomitū, uagum, sinuosum, procellosum,

cellosum, fumans, mobile, hibernum, armatum scopulis, fluidum, puluercum, infidum, durum, ceruleum, incertum, spinosum, tremulum, udum, fluentisonum, inhospitum, raucum, seuiens, profundum, foetum procellis, planum, fluctuosum, surdum, spatiosum, neptunium, apertum, turgidum, furens, frigidum, trux, aestuans, amplum, scopulosum, humidum, uadosum, stagnans, arenosum, nigrum, piscosum, horrisonum, canum, curuum, feruidum, agitatam.

Aer.

Liquidus, uacuus, tenuis, nubilus, humidus, madens, pestifer, stridulus, rarus, tener, purus, candens, mobilis, circumfusus, agitatibilis, leuis, tepidus, rorifer, incabilis, frigidus, conuolutus, rosidus, agitatus, exilis, nitidus, pluuiosus, uagus, circumfluis, patulus, uuidus, fumidus, globosus, nebulosus, pluuius, circumuolutabilis, nitens, auricomus, limpidus, lubricus, mutabilis.

Aera.

Ephyeria, corinthia, rauca, corybantia, solida, grauia, canora, tinnula, arguta,
cauda,

caua, temesia, sonora, crepitantia, dura,
corusca, rigida, Cypria, splendida, saturnia,
stridentia, micantia, Deliaca, Aeginetica,
flammigera.

Aeris appellatione aurum & argentum nonnunquam intelliguntur. Nam confuse olim miscebatur auro & argento. Hinc tribuni ararij, ararium, & oberati dicti sunt.

Aeris ap/

pellatione

aurū uenit.

Aerugo.

Viridis, nigra, mordax, scabra.

Aerumna.

Grauis, mala, dura, luctifica, tristis,
crudelis, lugubris.

Aesculapius.

Phœbigena, salutifer, phœbeius, opifex,
Epidaneus, coronide natus, Pergameus, Epi-
dauria proles, Cotyleus, Archiatros.

Aesculus.

Rigida, frondens.

Aesculus arbor est glandifera, cuius fructu homi-
nes etate aurea uescébatur. Sacra est Ioui. Eius ra-
mis fiebat corona ciuica. Semen reddit autumn-
o. Radices habet demissas in terram, quam proce-
os in aëre ramos.

Aeschilus

Aeschylus.

Aeschylus.

Picus fecibus. Fuit autem Aeschylus Atheniensis tragœdiographus, qui primus gravitate personarum, & coloris distinctione usus est. Eius atate tragœdi, faciem quibusdam fecibus illinebant.

Aestas.

Torrída, puluerulenta, frondosa, liquida, florens, ignea, calida, feruens, serena, iniqua, nuda, formosa, iners, uaga, atrox, uaga, sitiens, incandens, sicca, pestilens, frugifera, uiolenta, intolerabilis, morbosa, penetrabilis, lasciuia, spicea.

Aestus pro calore solis & commotione maris.

Rapidus, pestifer, sitiens, ardens, calidus, horrifèr, flammifer, fumidus, feruens, malignus, urens, flagrans, Ardescens, icarius, anhelus, grauis, feruidus, undosus, undans, spumans, undisonus, redundans, horrisonus, procellosus, tumidus, fluctuagus, Incensus, ater, raucus.

Aestas.

Fugitiua, edax, inuida, ferox, irreuocabilis, improuida, uolatilis, infirma, uelox, lubrica, fecunda.

Fœcunda, auida, lachrymabilis, mobilis,
Fragilis, ferrea, fugiens.

Aeetes.

Soligena, Sole satus, hyperioides, acrus,
Ferus, phasiacus.

Aeetes rex fuit Colchorum, filius Solis ex Per-
sa Oceani filia, liberos habuit Medeam, Absyrtum Aeetes rex
Calciopen. Ad hunc Phryxus Athamatis filius per Colcho: u.
uenit, & aureum uellus detulit. Quod cum uigilan-
tissime seruaret, eius causa bellum gessit cum argo
nautis.

Aether.

Ardus, leuis, purus, nubificus, nitidus,
liquidus, serenus, uastus, signifer, diffusilis,
Ignifer, rapidus, grauitate carens, sacer, altus,
igneus, ceruleus, Stellatus, curuus, incuruus
Omniparens, incandens, sublimis, aureus
Apertus, rubens, lucidus, latus, conspicuus,
Sudificus, fumidus, purpureus, praelucidus,
Perlucidus, candens, reuolubilis, argenteus,
udus, Ardens, pictus,

Aethiopes.

Nubei, uagi, nigri, torridi, diuites arenarum,
Aegyptini, simi, usti.

Aethon.

Velox, croceus.

Aethon est unus ex equis Solis.

Aethon.

Aethon.

Bellator. Fuit hic equus Pallantis filij regis Eue-
dri, qui in exequijs domini sui collachrimasse fertur

Aethra.

Sydereas, rubra, pitheis liquida, albens, leuis
rutila, celsa, superba, aperta, fulgida, tenuis
flammans, ignea, nitida, flammea.

Aetna

Aetna mōs typhois, flagrans, ignifera, uaporifera, odora
Sicilie. monstrifera, fumosa, calida, trinacris, luens,
uulcania, sonans, cerealis, torrida, horrificassulphurea, fera, ficilis, flammifera,
fumans, parens florum, feruens.Aetna mons est Sicilie, cauernosus, globos
igneos & flammis cuomens, propter subterranei
sulphuris naturam. Nihilominus circa radices amo-
nissimus est, multisq; fontibus scaturiens, & abun-
dans fruticibus. Poëta fabulantur gygantes à Ioue
subter fulminatos. Vnde Claudianus.

In medio scopulis se porrigit aetna perustis.

Aetna

Aeua.

Antiqua, nocens, capta uenenis, nana.

Aeuum.

Augustum, miserabile, annosum, breues, uolans, lubricum, praecipuus, currens, uelox, caducum, uolatile, curtum, fallens, celere, resolutibile, lamentabile, labens, labile, incertum.

Afri.

Sitientes, discincti, uagi, rebelles, bilingues, seui, infidi, sophaci, tenues, pastoracii, armentarij.

Africa.

Fertilis, ardens, uadosa, beluis frequens.

Africus.

Creber procellis, praecipuus, pestilens, proteruus, nubifer, ater.

Agamennon.

Agamēnō.

Mycnaeus, atrides, tandalides.

Agamennon Mycenarum rex fuit Atrai seu ut alij malunt, Plystenis, fraterque Menelai, qui Graecorum omnium consensu imperator delectus, ad expeditionem Troianam profectus est, Clytemnestra coniuge ex qua iam liberos aliquot susceperat ad regni

administrationem relicta, à qua reuersus interfectus est Aegypti auxilio, quo cum illa consuetudinē adulterij habuerat. Quod facinus egre ferens Orestes utriusq; filius, matrem in uindictam patris occidit. Ceterū Agamēnon fertur habuisse sceptrū à Vulcano fabricatū, Item & clypeum, in cuius medio erat effigies Gorgōis, in zona uerò draco uoluminosus.

Agamēno/
nis mors.

Agave.

Cadmæis, cadmæa, cruenta, Thebana, furens
pentheia, basaris.

Agave Cadmi & Hermiones filia, nupsit Ethio
ni Thebano, ex quo filium Pentheam suscepit, qui
quū abstemius esset, ac propterea Bacchi sacra despi
catur, ab ipsa matre, reliquisq; Manadibus mem
bratim dilaniatus est.

Penthei
mors.

Aganippe.

Hianthea, permesia.

Aganippe fons est Bœotia musis sacer, à quo mu
se ipse uocantur Aganippides. Fit etiā adiectiuum
Aganippeus Hianthes populi fuerunt Bœotia.

Aagthyrsi

Agathyrsi.

Picti, depicti, immanes.

Agathyrsi populi sunt Scythis contermini, qui in
commune cum mulieribus coeunt.

Agenor

Agenor.

Sarranus, imperiosus, Lybicus.

Agenor Beli fuit filius, & Phœnicum, & pater Agenor.

Cadmi, à quo Phœnices ipsi dicti sunt Agenoride.

Ager.

Aluus, pinguis, latus, diues, frugifer, olēs, frumentarius, copiosus, sylvester, ferax, humidus, latus, lutosus, planus, fertilis, riuus, campester, aquosus, succosus, carbonulosus, rudis, herbosus, cultus, amœnus, uirens, dulcis, madidus, lapidosus, scœcūdus, patulus, benignus, uiridis, luxuriosus, operosus, flauens, frugiferus, genialis, irriguus, triticarius, patens, saxosus, spinosus, herbilifer, pampineus, triticus, apertus, gelidus, uitifer, putrificus, gramineus, mollis, florens, apricus, comans, uernans.

Agger.

Terreus, herbosus, lapidosus, gramineus, terrenus.

Agmen militare.

Stipatum, clypeatum, piliatum, forte, seuū, rapidum, toruū, armatum, nemorosum, impetuosum, horrendū, condensum, inimicum, terrificum, succinctum pharetris, cataphrattū.

Agnæ.

Humilis, tenera, balans, mollis.

Agnus.

Tener, subrumus, laniger, ornus, corniger,
alacer, lasciuus, mitis, pinguis, blandus,
pavidus, imbellis, incuriosus, petulcus, mol-
liculus, mollis.

Agrestes.

Duri, laboriosi.

Agricola.

Auarus, indomitus, miser, crudus, fortis,
seuerus, robustus, pauper, hirsutus, dur-
us, impiger, negotiosus.

Ahenum.

Amycleum, getulum, tyrium, agenoreum,
tanarcum, undans, asyrium, patulum, spu-
mans, feruens, sidonium, tarentinum.

Ahenum. Ahenum proprie uas est, in quo aqua ad bibendū
calefit, quasi ex ære factum: sæpenumero tamen cal-
pitur pro amplissimo uase, in quo tingitur purpu-
ra. Vnde hoc in loco permulta habet epitheta, ex
his locis in quibus claruit usus purpure. Amycleū,
ab Amyclis urbe Laconie, in qua claruit usus pur-
pure. Ouid. libro 2. de Remed.

Aïax Thelamonis.

Thelamonius, insanus, interritus, ferus, Thelamone satus, inuictus, temerarius, thelamorades, salaminus, ferox, ferus, stolidus.

Aïax filius Thelamonis ex Hesione, cū alijs Græcīs ad expeditionē Troianam profectus in Hectore certauit. At quum nox interueniens duellum direxisset, dono dedit Hectori suum baltheum, accepto eodem gladio, quo postea se interfecit animi dolore, quū scilicet repulsam passus esset in petitione armorum Achillis mortui, quæ egreferebat Vlyssida.

Aïax Oili.

Narycius, Oilides.

Fuit hic Aïax Oilei filius, & Locrensiū rex, qui capta Troia, Casandram uirginem in templo Palladis uiolauit. Qua iniuria permota Pallas, eundem ab expeditione Troiana redeuntem, in mari fulmine percussit.

Ala.

Aëria, stridens, pernix, celer, uentosa, uelox, leuis, mollis, audax, præceps, tenera, trepida, strepitās, uolucris, tremula, fugax, Omniuaga, uelificata.

Alani.

Ardentes, implacati, caucasigenæ, feri,
leues, duri.

Alba.

Iliaca, celsa, dardania, romana, troiana,
longa, uetus.

Albunea.

Resonans, alta, opaca.

Albunea. Est autem fons iuxta Tybur oppidum ab Albe
nea nympha cognominatus.

Alceus.

Alceus. Lesbius, pugnax, magnificus, diligens.
Alceus poeta fuit Lesbius, qui plurimum in scriben
dis Lyricis apud Græcos claruit.

Alcestis.

Pagasa, Thessala.

Alcestis. Alcestis fuit mater Thessala, & uxor Admetire
gis, pro cuius salute morte sponte se deuouit, quum
ab oraculis audisset ipsum Admetum à summa egri
tudine ad incolumitatem rediturum, si quis ami
corum pro eo mori uellet.

Alcides.

Magnanimus, insanus, ferus, trux, claris
ferox, uagus, bipater, insignis, bellator,
cruentus, magnus.

Alcinous.

Alcinous.

Munificus, corycaeus, phryx, ferax,
corycius.

Alcmena.

Argolis, genetrix Alcide, Herculeas,
Amphytrionea.

Alcmena Græca mulier filia fuit Electrionis, & Alcmena.
uxor Amphitrionis Thebani, ex qua Iuppiter ge-
nuit Herculem.

Alcmaon.

Amphiaraides, Amphilochi frater, crudelis. Alcmaon.
Alcmaon filius fuit Amphiarai & Eryphiles, qui
matrem interfecit, quod illa Amphiaraum maritum
suum (qui in bello Thebano absorptus est hiatu ter-
ræ) Polynici prodidisset, corrupta monili aureo.

Alcynoes.

Deserte, Ceycis, mœste.

Ceyx maritus fuit Alcynoes, qui quum ad oracu-
lum nauigans naufragium fecisset, Alcylene uxor
dolore animi se submersit. Alcynes.

Alea.

Periculosa, uetita, damnosa, turpis, fallax,
pernox, iocans, iniqua, atra, blanda, du-
bia, præceps, anceps.

Alea capitur pro omni ludo, in uarietate fortunæ
consistente, traduciturq; ad euentus incertos. Plu-
nius. Extra omnem ingenij aleam positus.

Alecto.

Luctifica, atra, satanodæ, infecta uenenis, ful-
ribunda, tristis, cocytia, impia, atrox,
ministra Platonis.

Alecto Acherontis & noctis filia, una est ex infer-
nalibus furijs.

Alemani.

Truces, feroces, lancearius.

Ales.

Syluestris, pennata, quercula, auguralis,
canora, garrula, cristata, loquax, sonora
strepens, strepitans.

Alexander.

Pellæus, Aemathius, fortis.

Alexandria.

Paretonia, noxia.

Alga.

Marina, inutilis, mollis, uiridis, flucticolor
littorea, humida, tortilis, tenuis, putris.

Alga. Alga herba est utilissima in aquis marinis nascens,
crassis folijs, quorum pars supernatat.

Allia.

Allia.

Flebilis. Ovidius libro 2. de arte. Est autem fluv. Allia.
 cū nō multum distans ab urbe Roma, apud quem
 Brennius dux Senonum multa Romanorum millia
 prostrigauit.

Alnus.

Procera, uiridis, fluctibus apta, fluminea,
 amica fretis, procellosa, uirens, phactontias,
 teres, fragilis, opaca, phactontea, frondēs,
 fluuialis, electrifera, alta, aëria, uiridans,
 longa, potura.

Alnus arbor prouenit in aquosis locis. Vtilis est Alnus.
 nauigijs. Folia eius sunt crassissima, umbra pin/
 guis. Nullū fert fructum, aut semen. Capitur quan/
 doque pro nauis.

Allobroges.

Rhodanei, montani, infideles.

Alloquium.

Mite, dulce, blandum.

Almo.

Sacer, italus, paruus, tepidus, lubricus.

Alpes.

Aërie, gelide, nubifere, deuexæ, celsæ,
 patule,

patula, uentosa, frondosa, syluosa, frondifera, latebrosa, niuosa, saxosa, gelata, nymbifera, scabrigera, horrida, iugosa, austriua, pœnina, hyperborea, aetheria, teutonice, pyreneæ, pruinosæ, borica, nubigera, alta, nubigena, cottica, seue.

Alpheus.

Aduena, lucidus, celer.

Alpheus.

Alpheus fluuius est Elidis ciuitatis Arcadie, iuxta Pisam decurrens, qui longo cursu in Achaia demergitur, ibique terra absorptus, & subter mare defluens ex Græcia decurrit ad Arethusam fontem Siciliae, ubi in mare Siculum cadit. Hinc poëtae fabulantur Arethusam fuisse nympham, cuius amore Alpheus per subterraneos cuniculos ad eam commigrauerit.

Altare.

Fumidum, pingue, festum, uaporatum, thureum, sacratum, cultum, diuinum.

Alueus.

Cauus, latus, spatiosus, spumans, florifluus, saliens.

Aluta.

Nigra, sicyonia.

Aluta

Aluta dicitur pellis seu corium ad conficiēdos calceos & cothurnos concinnatum. Hinc alutarij dicuntur calcionarij.

Aluus.

Auida, capax, tumida.

Alyacmon.

Rapidus, purpureus.

Alyacmon fluuius est Macedoniae.

*Alyacmon***Amantes.**

Cupidi, miseri, insomnes, amentes, solliciti, disertis, miselli, decori, miserandi, teneri, incauti, ardentes, caeci, infausti, furtiui, imprudentes, excordes.

Amaracus.

Mollis, genialis, suavis, nobilis, premollis, dulcis, olens.

Amaracus, ut poëtae fingunt, filius fuit Cynare regis Cypri, qui quum unguentarium alabastrum quod ferebat, lapsus fregisset, tãto dolore intabuit, ut deorum commiseratione, in odoriferam eiusdem nominis herbam sit commutatus.

*Amaracus***Amaranthus.**

Immortalis, florens, purpureus.

Amaranthus

Amaranthus flos est, qui nunquam marcescit. Vnde & immortalis dicitur.

Amathus.

Fœcunda, grauida, metallis.

Amathus. *Amathus* ciuitas est Cypri metallifera

Amaror.

Aster, ingratus.

Amator.

Feruidus, anxius, patiens, tener, blandus, pulcher.

Amazones.

Threicia, securigera, peltifera, thermodontiaca, peltata, mauortia, truces, feroces, ballatrices, scythica, cruda, antiqua.

Amazões. *Amazones* fuerunt Scythica mulieres, propè Tanaim & Thermodontem fluuios habitantes, quæ nuptiæ perosa Rempub. sine uiris administrabant. Ne tamen gens periret, finitimis congregiebantur. Si qui mares nascerentur, interficiebant. Infantibus dexteriores inurebant mammas, ne sagittarum ictus impedirent. Virgines non otio, neque lanificio, sed armis, equis, uenationibus, & contorquentibus iaculis exercebant. Peltâ & securim primæ omnium inuenerunt. Vesciebantur lacertis & testudinibus. Vnde Sauromatides & Sauropatides uocabantur.

Ambages.

Ambages.

Fallaciosa, reciproca, fraudulenta, longa, obscura, multiformes, nexa, obliqua, multimoda, multijuga, caeca, inuisa, labyrinthæa, connexa, multiuia, flexa, labyrinthiaca, labrica, perplexa.

Ambitio.

Inanis, misera, praua, mala, leuis, sollicita, impatiens, demens, impotens, degener, uana, uesana, pendula, turpis, liueus, estuans, tabifica, infidelis, cretata, infamis, caeca, scelerata.

Ambrosia.

Salubris, dulcis, cœlestis, opima.

Amentia.

Præceps, petulans.

Amethystus.

Purpureus. Ouid. lib. 3. de arte. Est autem Amethystus gemma perlucēs uiolacei coloris, habensque quendam uelut purpureæ fulgorem.

Amica.

formosa, mollis, fallax, dilecta uenalis, tenera.

Amictia.

Amicitia.

Suavis, socialis, indeclinata, sancta, mollis,
 dulcis, tenax, sincera, familiaris, uera,
 chara, tenera, amœna.

Amicus.

Fidus, charus, dulcis, candidus, unanims.

Ammon.

Corniger, Syriacus, garamanticus,
 marmaricus.

Ammon dicitur Iuppiter &c.

Amnis.

Pronus, riuus, uagus, spumeus, tumidus,
 rapidus, uadosus, piscosus, spumofus, obli-
 quus, purus, agilis, uitreus, stagnans, con-
 citus, peregrinus, uastus, currens, lubricus,
 profluus, uiridis, turbidus, hibernus, ceru-
 lus, spumans, rigidus, frigidus, cauus, flui-
 dus, irriguus, conspicuus, madidus, herbiger,
 limofus, turgidus, gelidus, strepens, saxo-
 sus, perlucidus, uorticofus, terriuagus, con-
 niger, fumidus, sonorus, amœnus, undofus,
 pruinofus, raucus, nitidus, algidus, fecil-
 fer, garrulus, areniuagus, argenteus, sonis-
 finuofus, citus, nubigena, circūfluus, defluens.

Amomum

Amomum

Asyrium, syrium, spissum, flagrans, pingue
 odoriferū, armentū, spirans, redolens, olens
 mite, gratum, crassum, arabum, odoratum,

Amor.

Sæuus, sollicitus, cæcus, aliger, occultus,
 dulcis, improbus, uesanus, flagrans, placidus
 incestus, ales, feruidus, lasciuus, tener,
 gratus, blandus, suauis, pulcher, uolucer,
 pharetratus, socialis, socius, timidus, miser
 acer, præpes, mollis, ingeniosus, uigilans,
 nudus, apertus, patiens, ferus, uolatilis,
 aureus, purpureus, ambitiosus, insidiosus,
 rebellis, scemincus, aduena, foedus, sagittifer,
 fugitiuus, luxuriosus, infestus, audus, puer,
 furtiuus, impotens, iniquus, iucundus, fallax
 mansuetus, infelix, turpis, uolitans, pennatus,
 uilis, inconsultus, uagus, pestifer, teliger,
 calidus, pharetriger, malesanus, impiger,
 urens, facundus, delitiosus, leuis, formosus,
 demulcens, elysius, ferreus, indomitus, bellus
 pacis amicus, perfidiosus, imbellis, medullans,
 mœrens, obscurus, flammidus, syncerus, mitis
 proteruus, rediuuus, candidus, sedulus, arcanus
 & pacifus

Pacificus, imperiosus, arridens, idalius,
 concors, feruens, ignifer, ardens, impudens
 arctus, rapidus, amarus, gnydius, pallidus,
 mobilis, zelotypus, serox, tenellus, morosus
 nequitiosus, malesuadus, uenenosus, stolidus,
 ignipotens, spurcus, uolans, infamis, decorus
 dulciculus, officiosus, surrepticius, secretus,
 furens, cupidineus, iuuenis, mellitus, paphius
 uenustulus, procax, ambitiosus, lepidus,
 libidinosus, ambrosius, sceptiger, uiolentus
 querulus, puellulus, mundicians, litigiosus,
 alatus, uentosus, impatiens, impius, stultus
 pinniger, uolaticus, aridus, atrox, insipidus,
 latens, uigil, seruus, genialis, facilis, cautus
 uehemens, flammeus, mutuus, lumine captus,
 triumphator, uulnificus, egrotus, dionceus,
 arcitenens, clandestinus.

Amphiarus.

Amphiarus
 rus. Fuit Amphiarus grecus uates, & præsciens fu-
 turi, filius Oiclei, & maritus Eryphiles, qui cum
 Adrafto Argiuorum rege ad expeditionem Theba-
 nam profectus, ibidem hiatu terre absorptus est.
 Quod futurum ante præuidens, sese occultauerat.
 Sed Eriphyle corrupta monili aureo, quod acceperat ab

erat ab Adraſto, eum latentem prodidit.

Amphigenia.

Fertilis, Statius libro 4. Theb. Nomen
urbis eſt.

Amphion.

Dirceus, docilis, Aonius, animans cautes,
phœbæus, natus Ioue, lepidus, dulcis, musicus. Amphion.

Pœtæ fabulantur Amphiona Iouis & Antio-
pes filium, artis muficæ adeò peritum fuiſſe ut ſequē-
tibus cantum lyre ſcopulis, Thebarum muros cont-
diderit. Quod ideò fictum eſt, quia eloquij ſuaui-
tate & oris facundia homines id ætatis rudes & more
beluino uiuētes, ad humaniorē uitæ cultū redegerit

Amphiſibena.

Grauis, biceps.

Amphiſibena, ſerpens eſt habens geminum ca-
put, hoc eſt ad caput & caudam, Capite intrinſecus
nitibundo ſerpit tractibus orbiculatis. Amphibi-
na ſerpens

Amphitheatrum.

Conſpicuum, magnum.

Amphitrite.

Neptunia, diues aquis, fluctuoma, Nereia.
Amphitrite ſingitur dea eſſe maris, filia Nerei, & Amphitri-
uxor Neptuni, Capitur quandoq; pro ipſo mari. te.

d 2 Ampho

Amphora.

Ollaria, olearia, picata, uinaria, preciosas,
mamertina.

Amphrysus.

Lenis, Ouid. lib. 2. Metam. Fluvius est Theſſalis,
iuxta quem Admeti regis armenta pavit Apollo.

Amplexus.

Mollis, dulcis, tenax, furtiuus, ueneruus,
avidus, charus, rapidus, placidus, iugalis,
ſolidus, mutuus, uolupticus, fructifer, maritalis

Ampulla.

Rubida, Plaut. in Sticho. Rubiginosam ſtrigilem
ampullam rubidam.

Amurca.

Nigra, pallida, inimica oleo, inſulſa, putris,
ſpiſſa.

Amyclæ.

Tacite, antiquæ, armiferæ, ledææ, apollinæ,
uirides, tetricæ, therapnæ, graiæ, æriſonæ,
fundanæ.

Amycle. Amyclas condiderunt Lacones, qui quū ſecun-
dum Pythagoream ſectā à cæde omnium animalium
abſtinerent, & ex uicinis paludibus natas ſerpentes
occidere neſas putarent, ab ijsdem interempti
ſunt

Vnde Amyclas tacitas uocat, Vergilius, uelut Pythagoreas, quod Pythagorica uirtus esset, quinquennale silentium.

Amygdalus.

Phyllidis arbor. Nam poëta fabulantur in hanc arborem mutatam fuisse Phyllidem cōmiseratione deorū, quum illa doloris impatientia, quam ex perfidia Demophōtis cōtraxerat, laqueo se suffocasset.

Anacreon.

Teius, lyricus, uinosus, cupidineus.

Anacreon fuit poëta Lyricus ex Teio urbe Ioniae, cui Polycrates rex Samiorum plurimum detulit. Amauit Bathyllum elegantis formæ puerulū. Itē et Megisteū. Tandē acimo uue strangulatus dicitur.

Anacreon.

Anas.

Fluuiialis, ingluuiosus, timidus, latipes, aquosus, mollis.

Anaxagoras.

Physicus, magnanimus, Clazomenius.

Anaxagoras Clazomenius fuit philosophus, re/ Anaxagor/ rum Physicarum doctissimus, generis gloria et di/ ras. uitijs clarus, qui pluris faciens cultus ingenij quàm prædiorum, patrimoniu et gentilicias hereditates, quò liberius philosopharetur, sponte reliquit. Eoq;

facto peregrè profectus est, flagrans doctrinarū studio. Quū demū abunde promouisset in philosophicis disciplinis, reuersus est in patriam, ubi possessiones desertas inspiciens: Non essem, inquit, saluus, nisi istæ periissent.

Anchises.

Dardanius, pius, magnanimus,
phrygius, phryx.

Anchises. Anchises filius Capis ante bellum Troianum, nemorum latebras & solitudines fertur coluisse, gregibus et armentis intentus. Quibus quum uacaret, adamari coepit à Venere, ex cuius concubitu apud Simcontem fluuium genuit Aeneam. Cæcus fuisse fertur, ac propterea Troianorū consilijs non interfuisse. Ardente Troia, quum nulla spes salutis appareret, senio confectus Aeneas humeris superposuit secumq; uexit in Siciliam usque, ubi teste Vergilio concessit fati.

Ancon.

Dorica, celsa.

Ancon. Ancon fuit urbs Piceni, super mari Adriatico posita, quam Siculi condiderunt. Ancon autem interpretatur cubitus, quod urbs ipsa in littoris flexu posita sit. Lucan. lib. 2.

Anchora

Anchora.

Ferrea, mordax, tenax.

Ancus.

Pauper. Fuit autem quartus Romanorum rex, ita cognominatus à cubito, quem incuruū habebat, Servio teste.

Andromeda.

Cepheia, cepheis, threicia, mœrens,

perseia, famosa, tristis.

Andromeda filia Cephei regis Aethiopū & Cas- Andromeda-
siopes, alligata est scopulis, et exposita Ceto mari no monstro, ob superbiam matris, quæ gloriabatur
se forma superare Nercidas. Hanc autem Perseus
liberauit à periculo, & liberatam cepit uxorem.

Anethum.

Oleus, odoriferum, redolens, uiride,

Anethum est odorifera herba.

Anfractus.

Tortus, curuus, opacus, inaccessus.

Angli.

Brutiada, angligena, brutigena,
armipotentis.

Anglia.

Clara opibus, albion, diues pecorum.

d 4 Angor.

Angor.

Anxius, peruigil, tristis, laboriosus.

Anguilla.

Lubrica, cognata, colubræ.

Anguis.

Frigidus, squameus, tortus, maculosus, cæ
ruleus, reflexus, lubricus, intortus, maurus,
martius, ater, ferus, trux, tumidus, avidus,
gorgoneus, uenenatus, lybicus, squallens,
minax, implicitus, horridus, letifer, atrox,
horrendus, uiridis, sinuosus, marsus, texti/
lis, uoluminosus, sibilans, cristatus, squamo
sus, horribilis, retortus, ueneniger, scæus,
squamiger, pestifer, teter, toruus.

Angulus.

Secretus, obtusus, remotus.

Anhelitus.

Aeger, creber, languidus, fatigatus, caloratus.

Anienus.

Gelidus, præceps, pomifer, tyburnus.

Anien Anien, seu Anienus, seu Anio, horū enim quodq;
[unde. dici potest, fluuius est Italie, qui in monte Trebal
norum ortus, lacus tres nobiles defert in Tyberim,
et decurrens per agrum Tyburtinū facit cataractā.

Nomen

Nomen autem sumpsit ab Anio Hetruscorum rege
ibidem submerso.

Anima.

ſpicio ſuſceperat, ſolebat interficere. Ad extremū
tamen interfectus eſt ab Hercule, cui eaſdem par-
bat inſidias.

Butyrum.

Acidum, laſcium, retractum, molle.

Buxus.

Fragilis, criſpata, cōſtrepens, criſtata, tibi-
cana, pallens, flava, frondens, tonſilis,
multifora, iſmenia, berecynthia.

BUXUS.

Buxus arbor eſt tonſilis, & ſemper uirens,
producens & ſemen, quod Cartegon dicitur. E-
unt multiforates tibiæ. Vnde pro muſico inſtrum-
to nonnunquā accipitur. Fiunt & laudatiſſimi
ethines & unguentariæ pixides. Commendabilis
duricia & pallore.

Buxus

EPITHETA.

Buxetum.

Tonfile. *Martialis libro. 3.*

Byrsa.

Tyria, punica, potens, sidonia, barbarica,
lybica, elisea, torrida.

Carthago dicta est Byrsa, quæ dictio græca lini
gua corium significat.

Byssus.

Tenuis, canens, candens, albens.

Byssus genus lini subtilissimi, quo preciosissime
et mllissimæ fiunt uestes, quæ byssina appellantur.

IOANNIS RAVISII EPI

THETA DE LITERA. C.

CAballus.

Piger, Horat, lib. epistolarum, Volucer.

Cachinnus.

Dulcis, licentiosus, petulans, tremulus,
arguens, letus, tener, molliculus, mordax,
ignauus, mordens, rigidus, subsannans.

Cacumen.

Vmbrosum, celsum, nymbosu, proceru, aëriu,
acutum, frondosum, uiridans, arduu, saxosum
nemorosum, albu, montosum, ramosum, sublime

Cædes.

Seua, impia dira, furialis, acris, fera, da
 sanguinea, miseranda, acerba, feralis, effro
 loethifera, infæusta, cruenta, funesta, palli
 uiolenta, improba, infæanda, rubens, atro
 insana, misera, horrifica, purpura horrid
 cruda, turpis.

Coelum.

Polycleteum, laboriferū, ferreum, menton
 phidiacum.

Cœpa.

Rubens, lachrymosa, sordida, ascoloni
 tunicata, mæsta.

Cæra.

Pinguis, liquida, flaua, odorata, flaua
 hymettia, phœnicea, dulcis, cecropia, aris
 laborata, tenuis, mollis, diues, man
 sexangula, hyblæa, multifora, tenella, liqu
 dulichia, fragilis, tenax.

Cæroma.

Fœminicum, lentum.

Cæroma
 quid.

Est autem Cæroma unguentum ex oleo te
 in speciem luti, quo palestrita luctam ingressuri
 fundebantur, tum in spersi puluere, palestrita flu
 ob

obluctabantur, eaq; Inſperſio uocabatur Haphe.
Cæſar.

Troianus, acer, cruentus, ferox, latius,
egregius, inuictus, cinædus, magnanimus,
armifonus, tarpeius, pædicator, ſuperbus,
heſperius.

Cæſaries.

Nitida, rutila, refuga, radiosa, pendula, ro
ſida, fluitans, candida, aurea, genialis, fla
uicoma, pulchra, intonſa, flauens, berenicæa,

Cæſtus.

Crudus, ualidus, percalidus, durus, graui
dus, æriſonus, pictus.

Cæſtus erat claua habens pilas plumbeas loris bu
bulis appenſas. Hoc olim digladiabantur ueteres,
ut Virg. lib. 5. Aeneid. de Darete & Entello docet.

Caieta.

Dardanis, æneia, dardana.

Fuit Caieta nutrix Aeneæ.

Calamus.

Agreſtis, niloticus, paluſter, leuis, mollis,
gracilis, loquax, tenuis, argutus, dulcilo
quus, fragilis, ſonorus.

h 3

Calathus.

Calathus.

Vimineus, rasilis, uiminetextus, capax, textilis, iners, uirgatus, eburnus, columnus, saminicus, pregnans.

Calathus. Calathus uas est uimineū, in quo mulieres suosufos & pensa reponunt aut uiolas.

Calcar.

Seuum, Statius, libro 12. Aeratum.

Calchas.

Calchas. Augur, thestorides, uates, prouidus, uerbelli Troiani, Grecis oracula reddidit.

Calcei.

Sicyon. Sicyonij. Cicero lib. 1. de Orat. Sicyon urbs in Achatia non procul Corintho, in qua molles calcei & muliebres fieri solebant. Vnde & alitacatur Sicyonia.

Caligo.

Picea, obscura, caeca, atra, crassa, turbidilis, nubila, uaporosa, illuna, nubilosa, natis, spissa, opaca, fumida, nigra, strusa, furua, fumosa, tenebrosa, gelidagra, tetra, turpis, somnifera, stygia, prefutura.

Calix.

Perpicuus, fecundus, auratus, gemmatus,
 amplus, surrentinus, cauus, uentrosus.

Calix licet frequentissime, & ferè semper capiat Calix.
 tur pro uase uinario: interdum tamen accipitur pro
 uase, in quo legumina coquuntur.

Calliditas.

Fraudulenta, proterua, uersuta.

Callimachus.

Clarus, battiades.

Callimachus poeta fuit Cyrineus, Batti filius, di Callimat
 scipulus Hermocratis, qui uixit apud Pto. Philadel chus.
 phum in honore præcipuo, fuitq; bibliothecæ re/
 gie præfectus. Omne poëmatis genus attigit.

Calor.

Aestiuus, torrens, ardens, atneus, urens,
 ignitus, feruens, flammans, uitalis, rapidus,
 uiuificus, feruidus.

Calpe.

Herculea, tartesia, occidua, iberæ, mauru/
 sia, hesperia, excelsa, ardua, alta.

Calpe una est ex columnis Herculis, & Abyla: Calpe.
 nã montes sunt utrinq; oppositi, quorũ Abyla coër
 cet claustra Africa, Calpe, Europæ. Propterea co/
 lumne

lūne Herculis uocantur. Has enim ipse ibidē fixisse dicitur, quū boues Geryonis uestigaret, perinde ac ultima ibidē esset orbis meta, neq; ulterius quicquid superesset, quod uel adiri posset, aut habitari.

Calidon.

Meleagræa, monstifera, impia,
pulchra, athola.

Calidon. Calidon ciuitas est Aetholiæ, regia Oenci patris Meleagri, propè quam Meleager ipse uastissimum aprum cum Atalanta interfecit,

Calypso.

Acquorea, atlantis, famosa, atlantia.
Calypso. Calypso Oceani & Tethyos filia regnauit in Ogygia insula, ubi & naufragum Vlysssem excepit hospitio.

Calysto.

Nonacrina, lycæonia, Lycaonis,
parrhasia, tegeæa.

Calysto. Calysto filia fuit Lycaonis regis Arcadiæ, quam Iuno mutauit in ursam, quod eius amore captum Iouem agnosceret. Iratus demum Iuppiter eandem in astra retulit, propè Borealem polum.

Camelus.

Hirtus, deformis.

Camelus

Camera.

Pendens, repanda, eburna.

Camilla.

Priuernia, fortis, uolsca, bellatrix.

Camilla fuit regina Volscorum, quam Metabus pater in medijs syluarū latebris serino pavit lacte. Verg. lib. 7. In fine eius uirtutem describit.

Camillus.

Fortis, ferus, fatalis Gallis, assertor, magnus.

Furius Camillus magnam gloriam uirtute bellica sibi comparauit. Faliscos obsedit. Veios decennali obsidione domuit. Gallos Senones Roma pepulit, eisq; uexilla Romanorum extorsit. Vnde assertor, id est, patriæ libertatis uindex dicitur à Mart.

Caminus.

Fumifer, auidus, calidus, arcuatulis, furens, terrificus, horrisonus, flammifer, rutilus, ignitus, metellificus, ardens, flagrans, igniuomus, lambens.

Camœnæ.

Dulces, diuinæ, aoniæ, castaliæ, cecropiæ, uocales, atticæ, multiloquæ, sacre, pieriæ, diuinæ, doctæ, ingenuæ, actæ, æternæ, lepide, italica, meonia, argute.

h 5 Campana.

Campania.

Diues, prouida.

Campus.

Fertilis, pinguis, uiridis, patens, gramineus,
 iticens, apertus, frondens, planus, latus,
 frumentarius, herbidus, uber, uliginosus, le-
 tus, apricus, herbosus, uirens, felix, lapid-
 deus, paluster, humidus, patulus, arenosus,
 udus, uestitus gramine, florens, paludosus,
 amoenus, pulueres, aquosus, frugifer, uiti-
 fer, perfluus, optimus, halans, amplus, flor-
 riger, dulcis, prepinguis, spatiosus, uernans,
 ferax, rigidus, luteus.

Canalis.

Plumbeus, angustus, flexuosus, riuus, pu-
 tulus, canus, occultus, multifidus, ilignus,
 irriguus.

Cancer.

Rubens, calens, lerneus, torrens, calidus,
 ardens, adustus, pluuiialis, curuans brachia,
 littoreus, octipes, fluuiatilis, aestifer, rapidus,
 scopulosus, ceruleus, feruens, aestiuus, testu-
 dineus, tardigradus, ferus, equoreus, humens,
 rubicundus, obscenus, multipes, feruidus,
 Cancer

Cancer genus est piscis, & signum cœleste, quod Cancer. Sol percurrit mense Iunio, quum iam uehementissimus est calor.

Cancer morbus.

Immedicabile Ouid. 2. Meta. Morbus est nascens in omnibus ferè corporis partibus, sed maxime in mammis mulierum, quæ naturali menstruo nõ purgantur. Alter dicitur Carcinonia seu Carcinus.

Candor.

Niuialis, albus, purus, niueus, conspicuus, argenteus, lacteus, igneus, ingenuus.

Cani.

Sordentes, morosi, turpes, niuei, albi, gelidi, honorati.

Canicies.

Morosa, sordida, sancta, lucida, prisca, rara, alba, lucida, candens, turpis, ueneranda, niuea, arida, inculta, frigida, squallens.

Canicula.

Aestifera, sitiens, flagrans, icaria, sicca, aestiua, ignicomans, malesana, feruida, sitibunda, ignea, morbosa, calorifica, erigoneia, insana, damnosa.

Canicula

Canicula.

Canicula signum est coeleste, in cuius exortu sol
lis uapores incenduntur, seruet maria, fluctuant in
cellis uina, mouetur stagna, & canes toto eo spatio
maxime in rabiem aguntur.

Canis.

Obscenus, amycteus, moloßus, rapidus, la-
con, epyroticus, pulicosus, uigil, acer, uen-
ticus, rabiosus, leuisomnus, seuiens, immat-
nis, formidabilis, horrendus, edituus, uilla-
ticus, ferus, infestus, pastoricius, dianius,
damnosus, citus, celer, manalius, sagax. le-
thifer, audius, uocalis, armillatus, lymphati-
cus, audax, tristificus, horrifonus, uocifer,
atrox, properus, odorisequus, fidus, auritus
mordax, amarus, fidelis, hirsutus, molloßus
immitis, umber, rapidus, salaminus.

Canistrum.

Patulum, latum, uimincium,
purum, grauidum.

Canna.

Palustris, uiridis, crassa, arguta, tenuis
leuis, paludigena, stridula, tremula, longa.
Canna.

Cannæ.

Celebres, graues, cruenta, ferales,
insignes, spumantes.

Canne uicus fuit in Appulia Romanorum clade Cannæ-
memorabilis.

Canopus.

Pellæus, pelusiacus, amyclæus, therapnæus,
incestus, pharius, isiacus, spartanus, famosus,
argiuus, lageus.

Canopus fuit oppidum in Aegypto, sic appellatur **Canopus**
tum à Canopo gubernatore nauis Menelai, illic aspi- **quid, &**
dis ictu defuncto, inquit Sulpitius. Inde Nili hostiū **unde.**
quod propinquum est, uocatur canopicum. Veteres
dicebant Canobus.

Cantharus.

Ligneus, spumans, faginus,
dulcifer, turgidus.

Cantus.

Orpheus, tremulus, apollineus, argutus, tes-
ner, melicus, doctiloquus, resonus, letus, dul-
cis, ambrosius, mellifluus, sonorus, festiuus,
dulcisonus, canorus, doctus, amœnus, pierius,
lepidus, blandisonus, concinnus, multisonus,
sonans, acutus, hymnisonus, dulcisonus, sy-
renus,

renaxus, doctus, meonius, altisonus, saltidicus,

Caper.

Vir gregis, libidinosus, bicornis, setiger, bi-
frons, hirsutus, barbiger, toruus, corniger,
lasciuus, acer, olidus, foedus.

Caphareus.

Vltor, importunus, durus, euboicus, altus,
procellōsus, fallax, dirus, scopulosus, tristis.

Caphareus Caphareus mons est Euboiae altissimus Helle-
spontum uersus, importuosus & formidolosus propter
scopulorū frequentiam, et crebros undarū uortices.

Capilli.

Formosi, rosei, compti, refugii, nitidi, mol-
les, odorati, flauii, rorantes, crocei, tenues,
purpurei, adornati, dulces, teucrici, pexi, re-
fulgētes, rutili, uidi, ornati, myrrhici, effusi,
compti, niuei, ambrosij, aurati, aureoli, tor-
tuli, intonsi, redolentes, cumanci, flauicomis,
puellares, berenicei, uentilates, longi, cōspicui.

Capistrum.

Nodosum, aureum, celsum, iulium,
auratum, romanum.

Capitolium.

Altum, aureum, celsum, iulium, auratum, romanum.
Capra.

Capra.

Lasciua, sima, hirta, rorans lacte, uillosa,
 olida, barbigera, gracilis, amans, saxa, hir-
 futa, syluestris, tegeatis, querula, sequax,
 intonsa, cinyphia, timida, cupida, dumiuat-
 ga, frondipeta, pauida, olenia, repens, per-
 tulca, tondens, uirgultiuaga.

Caprae.

Sequaces, lasciua, fugaces, imbelles,
 celcres, syluestres.

Capricornus.

Tropicus, aquosus, rigens, gelidus, hirsutus,
 setosus, corniger, auritus, imbifer, horren-
 dus, frigidus, atrox.

Capua.

Sublimis, opima, diues.

Capua urbs est Campaniae, quam condidit Capius Capua.
 Troianus autore Verg. lib. 3. Georg.

Capulus.

Aureus, eburneus.

Caput.

Futilum, auricomum, honestum, nitidum, am-
 brosum, purum, flauum, roscum.

Carbasa.

Carbasa.

Fluxa, uaga, spumantia, caua, alba.

Carbunculus.

Igniuomus, flammiuomus, prefulgens,
rutilans, radians.

Carcer.

Cæcus, sollicitus, squalidus, moestus, piccus,
tenebrosus, squalore receptus, durus, teter,
hostilis, iners, latebrosus, angustus, sæcus,
horrisonus, rigidus, ferox, solidus, profusus,
dus, ingratus, infæustus, profanus, obscurus,
mœrens, opacus, cauus, umbrosus, odiosus,
inuisus, ferratus, robustus, squalens, hor-
rendus, abstrusus, niger.

Cardo.

Ferratus, uagus, durus, aëratu,
stridens, solidus.

Carduus.

Agrestis, asper, segnis.

Caries.

Senilis, rodens, ueternosa.

Carina.

Curua, panda, inflexa, celer, uncta, longa,
turrigera, caua, trepida, picta, incurua, lifera

E P I T H E T A.

129

liferâ, audax, profuga, uolucris arata, misera
dubia, bellatrix, uaga, cita, incauta leuis,
fragilis, tempestifera, ueliuola.

Cacus.

Semihomo, immanis, ferox, rapax, raptor.
Semifer, ferus, flammigena.

Cacus Vulcani fuit filius, qui in Auentino monte
boues et armenta suffurabatur, quæ uersis uestigijs
cauda traheret in suam speluncam, ne furtum agno
sceretur. Hunc Hercules dedit morti. Propert lib. 4.

Cacus.

Cadauer.

Informe, mœstum, tetrum, rancens, rancidū
turpe, deforme, exanimū, rogale, cinerosum, pu
tridū, miserandum, fœdum, odiosum, funestum
uile, putre, frigans, flebile, gelidum, cruentū

Cadmus.

Agonorides, Agenore natus, sidonius, hyantius
exul, gener draconum, uetus, trux, Aonius.
Cadmus filius fuit Agenoris & rex Phœnicū, qui
apud Tyrū & Sydonē urbes Asiæ principatus est.

Cadus.

Picatus, chius, fragilis, fumosus, niger,
ruber, uetulus ilignus, spumeus, rubens,
salernus, tortus.

Cadmus.

Caryca.

Rugosa. Ouid. Quid uult palma sibi rugosaq; caryca dixi. Species est ficus.

Carex.

Carex.

Acuta, Herba est durissima asparagi similis. Hinc Carectum, locus caricibus plenus.

Carchelium

Carchesiū

Asperum, Est autem carchesium poculum percerum, & circa mediam partem compressum, arduum mediocriter, ansis à summo ad infimum pergentibus. Pherecydes apud Macrobiū ait Ione Alcmenæ precium concubitus carchesiū aureū deditisse.

Carmen.

Dulce, nobile, suauiloquens, deductum, operosum, amabile, uenuste, lene, cōsolabile, tenerum, uocale, molle, sublime, doctum, uigilatum, castalium, blandum, uiciū, iocosum, bellum, facetum, melicum, fatidicū, honorum, threiciū, excultum, modulabile, aureū, canorum, blandisonum, seuerū, cultū, amicum, præclarum, nectarcum, compositum, celebre, lepidū, expolitum, letificū, sonorum, Lesbium, altisonum, libidinosum, lesbiacū, &c.

Ingeniosum, meonium, phœbeum, festiuum,
mellitum, conium, grandisonū, scœnicū,

Carmen pro incā a nento.

Aceum, thessalum, colchicum, circeum, thes-
salicum, citeinum.

Carmentis.

Arcadia, docta, parrhasia, tegeea, manalis,
fatioqua, ueridica, euandria, fatidica.

Carmentis uates fuit Arcadica, mater Euandri.
Prius uocabatur Nicostrata. Verū ubi carminibus
dare cœpit responsa, Cramentis uocata est.

Carmentis

Carnifex

Cruentus, crudelis, miser, turbulentus.

Caro.

Coctibilis, rubra, mortalis, fragilis, rebellis
infirma, agra, seditiosa, uilis, languida.

Carthago.

Lybica, urbs Agenoris, tyria, sidonia, magna,
impia, ferox, perfida, acerba, tumida, byrsi-
ca, æmula Roma, antiqua, superba.

Carystos.

Saxosa, undosa, ferax, lapidosa, argiua, Carystos,
graia, titana. Carystos urbs fuit Euboie,
prestanti marmore commendabilis, quo primus in
sc̄lūnis Roma usus est Mamurra.

Cassiope.

Astrigera, infortunata, radiosa, fulgens.
 Cassiope fuit Cephei Aethiopum regis uxor
 Cassiope. que quū formæ præstātia multū excelleret, ausa
 se conferre nymphis. Itaq; indignatae illæ, filiā
 Andromeden marino alligarunt scopulo, ut deuor
 retur à belua. Poëta dicunt Cassiopē inter
 relata fuisse.

Cassis.

*Aurea, fulua, cristata, nitida, auricom
 minax, aurata, hirsuta, torua, martia, inf
 abena, obbata, caua ferrea, aerata, celo*

Castanea.

Mollis, hirsuta, trux, pungens.

Castitas.

Pura, illibata.

Castor.

*Ledeus, amycleus, oebalides, therapneus,
 oebalius, tyndareus, Lacon, bonus frenis,
 tyndarides, cynigena.*

Castor.

Castor fuit filius Leda à Ioue compressus in
 ma Cyeni, frater Pollucis & Helena. Hi duo
 tres uocantur Tyndarida, quoniam credebantur
 hī Tyndari. Post mortem ambo relati sunt in

EPITHETA.

133

merum deorum. Horum quum alter Castor mortal
lis esset, alter immortalis. Pollux immortalitatem
cum fratre diuisit. Quod ideo fingitur, quoniam
duo sunt sydera, quorum altero occidente, alterum
protinus incipit apparere. Ea precipue inuocantur
à nautis.

Calta.

Luteola, flammeola, usta, rubens florens.

Castra.

Horrida, hostilia, turrata, acerba, nefanda,
martia, fulgida, hostica, seua, opulenta.

Casus.

Dubius, anceps, repentinus, ambiguus.

Catasta.

Barbarica, avara, arcana, iners, rigida,
barbara, Cappadocia.

Catasta locus erat, ubi serui exponebatur uenales. Catasta.

Cateia.

Panda, teutonica, uulnifica, celer.

Catena.

Teres, grauis, seua, nexa, dura, arcta,
ferrea, lemniaca, aerata, seua, stabilis, ada
mantea, famula, solida, ferruginea, nodosa,
uulida, improba, stridens.

i 3

Caterua.

Caterua.

Florens ære, fulgens ære, spumans cæde,
 fera, audax, hostilis, armifera, uaga,
 na, ærata, multisona.

Catilina.

Minax, Lucan. lib. 6. Seuus. Idem lib. 7.

Catinum.

Catinum, Fictile, angustum, thuscum, fragrans.
 Catinum uas est, in quo iurulentū aliquid ad
 riam mensam reponitur.

Cato.

Inuictus, durus, intonsus, grauis, seuerus,
 consummatus, pugnax, rigidus, tetricus,
 etus, tristis, honorus, sanctus, moratus.

Catullus.

Lasciuus, doctus, tener, facundus, argutus,
 uis, nitidus, mollis, doctiloquus, tenuis.

Catulus.

Lactens, sagax, mordax.

Caucasus.

Horrens, inhospitalis, ingens, niualis,
 tifidus, frigidus, asper.

Caucasus. Caucasus mons est Scythiæ altissimus, & in
 scopulis frequens. Herodotus ait esse altissimū

tium. Riget perpetuis niibus. Abūdat arboribus,
herbis ueneficis, & uulturibus.

Cauerna.

Tecta, curua, umbrosa, caua, caeca, uasta,
exesa, effossa, ima, abrupta, furua, secreta,
umbrifera, infossa, colubriferā, clausa, fossca.

Caules.

Patuli, teneri, protocomi, turgentē,
uirentes, palustres.

Caunus.

Apollineus, meandrius.

Caunus filius fuit Miletī ex Cyane nympha ne/ Caunus.
fando amore à sorore sua Biblide adamatus.

Caulidicus.

Raucus, latrator, nummiuorus,
uulturius, garrulus.

Cautes.

Dura, marpesia, cruda, deucalionæa, solida,
sipyleia, spinosa, aspera, saxosa, rigida, ge
lida, scabra, rigens.

Caycus.

Gelidus, teuthranteus, dulcisonus, mysus.
Caycus fluuius est Mysiæ, à Tenchranta Troadis Caycus.
parte defluens. In eius ripa frequentes ferūtur esse
Cycni, ut apud Caystrū. i 4 Cayster.

Cayster.

Oloriger, olorinus, mollis.

Cayster. Cayster fluvius est Lyciæ, Cyenis abundans.

Cedrus.

Odorata, olens, enodis, eterna, libantis,
Libana, feralis.**Cedrus.** Cedrus arbor est procera, nec tamen onerosa, folia
habet cupressinis ferè simillima, lignum iucundum
odoris, & tineis imperuium et infestum. Propterea
opus dignum Cedro dicimus, quod laudabile est, &
ab iniuria blattarũ, tinearũq; maxime cõseruandũ.

Celænæ.

Alte, illustres, phrygiæ.

Celænæ. Vrbs fuit Phrygiæ, in qua Marsyas ab Apolline
uictus est, & excoriatus.

Celeno.

Ieiuna, dira. Vna est harpyarum.

Celtæ.

Vaniloqui, Syllius lib. 8. Dicti sunt ab eiusdem no-
minis rege, & à uocabulo matris, Græci Galatæ
uocant.

Celtiberia.

Cuniculosa, id est, cum cuniculis & subter-
raeis ad effodienda metalla cauernis, plenissima. Cel-
tiberia

tullus Cuniculosa Celtiberie fili.

Cementum.

Molle, structile.

Ceneus.

Phyleus, elateius, ualidus, magnus, perrhæbus.

Ceneus, inquit Persius, fuit uirgo, quæ à Neptuno Ceneus. pro stupri precio meruit sexus mutationem. Virg. libro 6. Aeneid.

Censor.

Rigidus, tetricus, scuerus, tristis.

Censura.

Fastuosa, tristis.

Centaurea.

Graucolenta, thessala, chironia.

Centaureū herba est calida & sicca complexio- nis, uentrem purgans, cholera m̄q; & humores de- ponens, autore Seruio.

Centaury.

Furentes, bifformes, minaces, nubigenæ, bi- mēbres, ixionide, semiferi, scui, Ixione nati, semi mares, truces, offei, feroces, superbi.

Ixion Phlegia filius, ut fabulantur poëta. Cen- tauros genuit ex nube, qui fingūtur fuisse humana Ixion.

facie, & equino tergo, quod primi omnium equit
uerint. Vnde bimbres, semiferi &c. appellatur.
Bellū gesserūt in Lapythas. Victi sunt ab Hercule.
Aliter uocantur hippocentauri.

Cephalus.

Cephalus. Proles Cyllenia, eolides, aetneus.
Cephalus filius fuit Aeoli, qui Procrim uxorem
suam, filiam Ericththei regis interfecit, dum illa fuit
tim maritum in syluas secuta esset, ut experiret
an alteram adamaret ille foeminā. Fuit uenator ma
gni nominis.

Cepheus.

Cepheus. Aequoreus, iasides, impius, stellatus.
Cepheus rex fuit Antiopum, pater Andromades
quem poete fabulantur in astra relatum.

Cerastes.

Cerastes. Lybicus, uagus, anhelans, criminalis.
Cerastes serpens est, in cuius corpore quadrige
mina dicuntur eminere cornicula, quorum motu re
liquo corpore occultato, sollicitant ad se naues.

Ceraunia.

Violenta, alta, scopulosa, praecepta,
excelsa, ignea.

Cerberus

Cerberus.

Inhians, ingens, ianitor orci, immanis,
 hians, meduseus, uipercus, tergeminus, in/
 somnis, impavidus, malus, tristis, asper, tar/
 tarcus, turbidus, triceps, ater, peruigil, sty/
 gius, infernus, triformis, inquietus, niger,
 audax, impius, plutonius, uorax, auernalis,
 inferus, latrator, atrox, triplex, improbus,
 horribilis, seuus.

Cerberus fingitur esse canis triceps in inferorum Cerberus.
 uestibulo, serpentes habens pro uillis.

Cerebrum.

Molle, Ouid. lib. 12. Calidum.

Ceres.

Flaua, eleusina, munda, falcifera, legifera,
 puluerulenta, frugum genitrix, pia, tadifera,
 ruricola, munifica, potens frugum, eluina,
 etnea, ennea, actea, fecunda, spicifera,
 alumnaterrarum, sicula, frugifera, annosa,
 spicata, catanensis, flauēs, culta, celenea,
 cupida, herbifera, paleis armata, tesmophora,
 cincta spicis.

Ceres.

Ceres filia fuit Saturni & Opis, relata in nu/
 merum

merum deorum, & dea frugum habita, quod Sicul
lis leges dederit, eosq; docuerit modū arāde terrā.
Ex Ioue fratre suscepit Proserpinā, quā quū Plato
rapuisset, furiosa mater facibus accensis, eandē cum
ululatu per uniuersum orbem inquisiuit.

Certamen.

Funeustum, martium, trepidum, asperum, ala
cre, anhelum, miserandum, auidum, luctuos
sum, miserabile, ualidum, durum, acerbum,
anceps, tumultuarium, acre, seuum, impiū
animosum, bellicum.

Cerua.

Acripes, timida, territa, annosa, cornigerā
fugax, uiuax, syluicultrix, uetus, celer.

Ceruix.

Lactea, eburnea, argentea, eburna, candida,
nitens, niuea, ambrosia, leuis, mollicutis
blanda.

Ceruus.

Leuis, uiuax, imbellis, fugax, pauens, ali
pes, acripes, uelox, quadrupes, pavidus,
corniger, uolucer, trepidus, celer, uolucru
pes, celeripes, uagus, timidus, annosus,
agilis, fugitiuus, uelocipes.

Cestipes.

Cespes.

Viridis, gramineus, tener, odoratus, gelidus,
agrestis, odoratus, mollis, humilis.

Cete.

Grandia, horrida, immania, scopulosa.

Cetus est piscis maximus in Atlantico mari, uide Cetus.
Plinium libro 32.

Ceyx.

Trachinius, Oethæus.

Ceyx maritus fuit Alcyones, rex Trachynæ urbis Ceyx.
Thessalia, qui ad oraculū nauigans naufragiū fecit,
in auem postea mutatus, ut fingunt poeta.

Chalcis.

Euboica, undosa.

Chalybs.

Vulnificus, candens, durus, strictus,
noricus, læthifer.

Chaos.

Auidum, uetustum, horrendum, atrū, cimmerium,
triste, deformis, tetrum, durum, umbriferum,
uoraginosum, longæuum, horrificum, obscurum,
umbrosum, cæcum, inscrutabile, nigrum,
omnigenū, uetus, antiquū, profundū, terrificum,
inane.

Charitas.

Charitas.

Prodiga, diuina.

Charites, id est gratiæ,

Dulces, blandæ, cultæ, decentes,
gratæ, lætæ.

Charon.

Portitor, horrendus, squallidus, auarus, pal-
lidus, senex, horridus, diuus, durus, stygius
letheus, tristis, tenebrans ora, ater, teter.

Charybdis.

Metuenda, implicata, impacata, atra, tauro-
minitana, inimicaratibus, agitata, irrequieta
auida, zancaea, panchea, torta, dira, scru-
torua, rapax, oblatrans, humida, sicula, mi-
nax, concava, trux.

Charybdis

Charybdis periculum est marinũ in Sicilia prop-
taurornitanum littus, quod crebris aquarum uol-
ticibus infremere, assiduisq; fluctuum concursibus
rapta absorbere dicitur Ouid. lib. 4. de Ponto.

Charta.

Docta, laboriosa, diuina.

Chelydrus.

Meduseus, fumiuomus, fumosus, sinuosus,
maculosus, rigidus.

Chelydrus

Chelydrus serpens est, qui cundo sese conuoluit per terram, & qua serpit, fumum emittit. Chelydrus

Chelys.

Odryfia, aurata, pindarica, latoia, arionia,
 horrisona, Thracia, canora, threicia, aonis,
 eburna, getica, incurua, multiloqua, sonora,
 picria, culta, dircea, aurea, fatiloqua, dulci
 loqua, tenera, illustris, docta, caua, lesbos,
 blandisona, orphea, tremula, arguta, phœ
 bea, aonia, apollinea, blanda, aptisona,
 dulcisona.

Chimæra.

Armata flammis, triformis, ignea, tremenda,
 ignifera, lycia, furens, flammiuoma, triplex,
 fera, rabida, ardens.

Chimera mons est Lycie, leonibus & serpenti
 bus inhabitabilis, flammam quoq; in modum Actnæ
 emittens. Vnde poëta finxerunt monstrum esse ha
 bens tria capita flammiuoma, unū leonis, aliud chi
 mæra, tertium draconis.

Chimera.

Chiragra.

Nodosa, dura, lapidosa.

Chiron

Chiron.

Armatus arcu, semiuir, amythaonius, semifer
 phyllirius, geminus, phyllirides, doctor Achil-
 lis, Saturnigena, peliacus, biformis, aene-
 nius, sagittifer, herbipotens, toruus, pellem
 doctus, thessalus, iustus.

Chyron. Chyron fuit Thessalus, artis medicæ peritissimus
 filius Saturni & Phillyræ, Achillis doctor & pro-
 gogus, constitutus à Peleo eiusdem Achillis pater
 propter bonitatem & iustitiam, qua ætatis sue
 uersos homines longe superauit. Hunc poëte bis-
 mem fuisse fingunt, ut reliquos centauros.

Chlamys.

Depicta, aurata, sarrana, picta, odorata, ty-
 ria, spartana, coccinea.

Chlamys. Chlamys dicitur uestis militaris, pallio stridula
 & breuior.

Chloris.

Zephyritis, candida, uerna.

Chloris. Chloris dicitur dea florum, uxor Zephyri
 ti amœnissimi.

Chorda.

Tenuis, tinnula, sonora, querula, resona
 leuis, uocalis,

choro

Chorea.

Ludens, pernix, ludicra, festa, mollis, grata,
cantatrix, levida, socia, leuis, dulcis, letas,
placida, plausa, facilis, luxurians, comes,
reuoluta, saltans, puellaris, blanda, agilis.

Chorus.

Sacrificus, dulcicanens, canorus, alacer.

Christus.

Salutifer, unigena alexicacus, sacer, omnipotens,
coruscus, bonus, insons, aternus, inclytus
altitonans, triumphalis, benignus, uerbigena
ueridicus. innocuus, soter, salutaris, placat
bilis, cœlipotens, potens.

Ciborium.

Leue, Horat. lib. 2. Carm. Ciboria pocula sunt, à ciborijs colocasiae folijs dicta, quod in eorum similitudinem facta sint. Cibaria.

Cibus.

Conditiuus, conditicius, mitis, electilis, suauis
lautus, sapidus, nectareus.

Cicada.

Rauca, querula arguta, aestiua, concrepans,
raucifona, uocalis, stridens, resonans, dulcis
Thitonis, raucescens, choralistia, gracilis.

Cicada

Cicada dicitur Tithonis, à Tithonio filio Laomedontis regis Troie, quem Succo Auroræ (à qua adambulabatur) perfusum, aiunt ad tantam senectutem pervenisse, ut tandem optauerit in cicadam cōmutari.

Cicatrix.

Fœda, uulnerata, marcida, sublurida.

Cicero.

Varicosus, disertus, facundus, cōsularis, doctus, pater patriæ, parens eloquij, parens eloquentiæ.

Ciconia.

Gloterans, pietatis cultrix, gracilipes.

Cicuta.

Fragilis, uiridis, mœsta, caua, gelida, serena, arcadia, pastoralis, leuis, arguta, Syracusana, tenuis, querula, rauca, loethifera, diuina, triuialis.

Cicuta

Cicuta herba est uenenosa, caule uiridi & teretibus, culato, ramosa in cacuminibus, graui odoratis, propter publicam Atheniensium poenã, qui ad liberandam cicutam cogebant delinquentes. Eius & semini uis est refrigeratoria, Nam qui sic moritur, incipiunt algere ab extremitatibus corporis. Venerem extinguit testibus circa puberem libere.

Cilices.

Vagi, feri, intonsi, croco madidi.

Cilices populi fuerunt Ciliciæ, à Pompeio Cilices debellati. Hircos olim habebant uillo tonsili, unde uestes cõficiabant, quas Cilicia & Cilicina dicimus.

Cilium.

Seuerum, imperiosum, atrox, nigrum.

Cimbri.

Bibaces, bellisoni, terribiles, furentes, fortes Cimbri. furibundi, arctoi.

Cimbri populi Germania, qui lingua Gallica trones dicuntur, autore Festo.

Cimmerij.

Lacetrofi, Populi sunt Scythici perpetua abundantes caligine.

Cinyphis.

Vagus, lybicus, Fluius est Lybiæ iuxta quem Cinyphis. nascuntur grandes hirci, qui uocantur Cinyphij.

Cinis.

Fumans, feruens, exiguus, uermifer, mutus adustus, feruidus, ater.

Circe.

Aeæa, solis filia, dædala, uitrea, uenefica, magica titanis, sole sata, titania, parens Telegoni, phæbea

Insidiosa, docta, pulchra, meretrix.

Circe. Circe filia fuit Solis & Perse nymphae, quae quod
uenefica esset peritissima, dicta est comutasse socios
Vlyssis in porcos, habitavit non procul à Caerula
Campaniae urbe.

Circuitus.

Flexus, obliquus, rotundus.

Circulus.

Flexus, obliquus, tortilis.

Circus.

Celeber, capax, clamosus, pulcreus, rapidus
theatralis, obliquus, curuus, signifer, rarus
amphiteatralis.

Cithara.

Aurata, threicia, imbellis, sonora, pieris
thracia, cana, honora, bicornis, resonans
Aonia, dulcis, canora, menalia, eburnea
aurea, arguta, bistonica, decens, mollis, sonans
rhodopeia, fulgens, blanda, uocalis, lesbica
deliaca, eburna.

Citrus.

Maurusiaca, aphrodisia, cloneia adonia
nyasea, cleartias, frondosa, odorata, barbata
atlantia.

Citrus arbor est peculiaris Mauritaniae in Atlante monte, Romanis olim expetita ad mensarum & lectulorum usum. *Citrus.*

Citysus.

Florens, uiridis, agrestis, tenuis.

Clades.

Tetra, tristis, bellica, mortifera, cruciabilis, acerba, iniqua, perniciosa, seua, funesta, aspera, misera, cruenta, loethifera, atra, sanguinea, amara, impatibilis, horribilis, hostilis, luctifica.

Clamor.

Absonus, ululabilis, flebilis, dissonus, horrendus, terrificus, uagus, foemineus, stentoreus, baccheius, horrificus.

Clangor.

Raucus, luctificus, seuus, martius, terrificus, resonans, arisonus, horrissonus, tremulus, minax.

Classica.

Trucia, feralia, martia, turbida, perfida, fera, mauortia, seua.

Casa.

Cafa.

Humilis, tenuis, parua, frondea, exigua,
 contecta stramine, straminea, immūda, putris,
 insons, angusta, sordida, uilis, Scythica,
 uiridis, lutea, ruralis, rurestris, columbifera,
 pauper, rudis, curta, frigida, syluestris, ^{la}
 cifuga, agrestis, turpis, modica, multiflora,
 exilis, caricea, lignea, secura, lacera.

Caseus.

Pinguis, ouilis, mollis, dulcis, candidus,
 niueus, uenalis, rutilans, pressus, mollior
 lus, tolosus.

Cassandra.

Priameia, phœbas, iliaca, phrygia, effren
 ilia, pergamea.

Cassandra

Cassandra Priami filia, quum Apollini copiam
 corporis promississet, ab eodem uates facta est. Quæ
 autem non staret promissis, iratus deus fecit, ut cu
 dem uaticinijs non adhiberetur fides. Hæc prædicit
 futura ex Helene raptu infortunata.

Casses.

Dolosi, laxi, arcti.

Casia.

Mitis, olens, rubens, florens, halans.

Clepsi

Classis.

Aerata, lunata, pavidā, uolucris, profuga,
ueliuola, fluminea, curuata, rostrata, nutās,
equorea, fugax.

Claua.

Torosa, trinodis, domitrix ferarum, nodosa,
trabalis, ferrata, saligna, grauis, herculea,
irrasa.

Claustrum.

Ferream, tenax, inexpugnabile, ahenum, si-
lens, obscurum, religiosum, strictum, stridēs.

Clauus.

Ferreus, æneus, adamantinus, æreus, aheneus,
acutus, horridus, hebes, ualidus, firmus,
ahenus.

Clementia.

Mitis, hilaris, facilis.

Cleopatra.

Aegyptia, ptolomæis, actias, ferox, scelerat-
ta, incesta, meretrix.

Cleopatra Aegypti regina Dionysij Auletis fuit Cleopatra.
filia, quæ quum Antonium in amorem sui pellexit/
set, præter Syriæ & Arabiæ regnum, ausa est impe-
rium quoq; Romanum appetere.

b 4 Cliens.

Cliens.

Querulus, sordidus, matutinus.

Clius.

Præceps, opacus, saxosus, levis,
teres, mollis.

Cloaca.

Immunda, struclilis, putrifica,
fœda, olida.

Clotho.

Clotho. Ferrea, grandæua, improba, sedula.
Clotho una est trium Parcarum, quæ uitam homi-
num metiri fufis & staminibus dicuntur.

Clunes.

Rotundi, tremuli, Iuuen. Sat. ii.

Clypeus.

Leuis, sanguineus, fulgens, habilis, septem-
plex, æreus, terribilis, æneus, ardēs, coruscus,
abenus, aratus, durus, canus, cruētus,
rus, pulcher.

Clytemnestra.

Clytem/ Sæua, formosa, cruenta.
nestra, Clytemnestra filia fuit Tyndari & Lede, quæ
amore Aegysthi, quo cum mœchæ consueuerat
maritū Agamennonem Troia redeuntē interfecit.
Cocci

Coccus.

Sanguineus, ruber, ardens, purpureus, rubens, roseus.

Coccus accipi solet pro purpura. Hinc uestes coc *Coccus.*
cina, id est, purpuræ.

Cochlea.

Fluviatilis, curua, reptilis, nexilis.

Cocles.

Ferox, audax, romanus, magnanimus.

Fuit Horatius Cocles Romanus eximia uirtutis, *Cocles.*
qui obsessa à Porsenna rege Etruscorum, Roma,
pro ponte sublicio stetit, sustinuitq; hostilem impe/
tum, donec pons à tergo frangeretur, quo cum in
Tyberim decidit.

Cocytus.

Ater, inamoenus, iners, paluster, niger.

Cocytus fluuius est inferorum.

Cocytus.

Cœlum.

Altum profundum, celsum, nitidum, sydereum,
stellans, libratum, purum, uolubile, signife/
rum, magnum, pluuium, liquidum, con/
uexum, fulgens, igniferum, pendens, caru/
leum, sublime, coloratum, splendidum, stel/
ligerum, puniceum, flammigerum, illustre,
k s supinum,

supinum, refulgens, recavum, pictum, altu-
 sonum, astriferum, corusciuerum, apertum,
 uariabile, beatum, incuruū, pulchrum, flamm-
 miserum, rutilum, obliquum, coruscum, ar-
 duum, stellimicans, stelliferum, ethereum,
 tonantisonum, olympicum, gemmeum, uersu-
 tile, picturatum, omnipotens, recuruum, de-
 complex, nymbosum.

Cæna.

Salixis, opipera, concinna, dapsilis, mellis-
 nocturna, sumptuosa, luxuriosa, adijciatis,
 gliscera, pollucibilis, aduentitia, dubia, lau-
 ta, genialis, pinguis.

Cœnum.

Crassum, tenax, uiridans, grauecolens, olis-
 olidum, lutulentum, palustre.

Cogitatio.

Peruigil, uigilans, tacita.

Cohors.

Numerosa, furiata, armigera, proceras, legis-
 naria, bellatrix, tumida, ualida, erata, arma-
 ta, alaria, pharetrigera, cupida, pilata.

Colchi.

Phryxæi, truces, seui, xei, feroces, algentes,
 impij.

Collis.

Apricus, apertus, supinus, patulus, curuus,
 umbrosus, celsus, spatiosus, dumosus, uiridis,
 editus, frigidus, herbifer, fecundus, florifer,
 latebrosus, scopulosus, frondosus, salebrosus,
 abruptus, nemorosus, accliuus, oliuifer, flores,
 uiridans, cedrifera, uitifer, tumidus, aërius,
 bacchicus, uiteus, uirens, frugifer, promi-
 nens, coloratus, uernus, tumultuosus.

Collum.

Niueum, eburnum, candidum, columbinum,
 argenteum, tenerum, formosum, teres, albens,
 ardens, niuale, eburnum, tumidum, ceroma-
 ticum, lacteum.

Collyrium.

Nigrum, Horat. Hic oculis, ego nigra meis colly-
 ria lippus. Illinire. Medicamentum est oculorum.

Colonus.

Fortis, pauper, inops, miser, lacertosus,
 auidus, hirsutus, durus, probus, rudis, pi-
 losus, simplex, sollicitus, gnauus, incultus,
 peruigilans, indecor, solers.

Color.

Color.

Renidens, lacteolus, niueus.

Coloſſus.

Marmoreus, grandis, altus.

Coloſſus. Coloſſus appellatur ſtatua procera & corpulenta.

Coluber.

Longus, tumidus, lubricus, cæcus, hirtus,
 noxius, uenenatus, latens, terrificus, ſæuus,
 ceruleus, meduſæus, ſquamoſus, triſtis, cin-
 phius, tortus, ater, læthifer, dirus, lybiſſi-
 nus, ſinuatus, mordens, maculoſus, tortiliſ-
 gorgoneus, niger, uenenofus, flexilis, trux,
 immanis.

Colubra.

Viridis, herbea, longa.

Columba.

Chaonia, uolucris, molle, imbellis, æris,
 blanda, chaonis, timida, cithærea, dilecta,
 neri, idalia, dionæa, torquata, paphia,
 nera, gnydia, cypria, cupida, dodoniæ,
 uea, alba, dodonæa, candens, mitis, callida,
 pulchra, celer, trepida, periftera, ſimplex.

Columbus.

Cellaris, dionæus, apricans, niueus.
Columbus

Columna.

Ferrea, lapidea, sublimis, rigida, celsa,
 excelsa, ferrata, picturata, nobilis, idea,
 tenera, ualida, solida, firma, nitida, paria,
 fulgida, aerea, pulchra, teres, marmorea,
 aurata, longa, ardua, phrygia, poena,
 umbrosa.

Colus.

Palladia, fragilis, foeminea, alba, imbellis, lyda

Coma.

Nitida, uncta, prolixa, flauens, diffusa, di-
 uidua, formosa, odorata, ornata, capillacea,
 ambrosia, mollis, decora, flexilis, flaua, hu-
 midula, bracteata, pexa, splendida, tenera,
 culta, odora, pendula, rutila, promissa, ni-
 tens, florida, micans, aurata, pulchra, com-
 pta, aureola, lucida, repexa, insignis, myr-
 rhea, laudata, auricolor, longa.

Cometes.

Dirus, sanguineus, mutans regna, cernitus,
 candidus, fatalis, praecipuus, tristis, fulgens,
 flammans, lucens, infelix, horrificus, turbas
 regna, rubicundus, ignifer, clarus, rubescens.

Comitia.

Comitia.

Centuriata, consularia, pratoriana, curiata
alata, edilicia, tribunitia.

Comitia. Comitia erant conuentus populi Romani, qui
bant ad eligendos magistratus.

Commentum.

Astutum, dædalcum, stultum.

Compages.

Solida, ualida, ferrea, dura, rigida
arcta, firma.

Compes.

Dura, lanca, tenax, seua, prædura, firma
nefanda, seruilis, ponderosa, adamantina
tarda, ualida.

Complexus.

Auidus, tenax, mollis, nexilis, arcus,
tuus, dulcis, tener, placidus, nodosus.

Conatus.

Cupidus, nobilis, ualidus.

Concentus.

Flexanimus, gratus, letus, blandus, loquax
tremulus, querulus, sonorus, dulcis, doli
sonus, lepidus.

Conopsea

Conopeum.

Sericum, testudineum.

Conopeum genus erat tentorij ad prohibendos *Conopeum*
 culices, quo maxime utebantur Alexandrini, qui
 Conopeis lectos operiebant, ne à culicibus infestas
 rentur.

Conscientia.

Carnifex.

Consilium.

Arcanum, prudens, prouidum, salubre,
 utile, fidele, prouidens.

Contagium.

Malum, dirum, sordidum, foedum,
 putidum, morbidum.

Contumelia.

Grauis, pudibunda, infanda.

Contus.

Ferratus, pugnax, præpilatus, trabilis, teres,
 durus, longus, aceruus, ahenus.

Conuallis.

Caua, depressa, obscura, uirens, abrupta,
 laciniosa, subsita, lacunosa, umbrosa, saxosa,
 umbrifera, præceps, ima, curua.

Conuittium.

Crepulum, raucum, iniuriosum, uagū, asperū,
 foedum, turpe.

Conuina.

Conuiuia.

Auidus, letus, comis, ebrius, madidus, dulcis, procax, facetus.

Conuiuium.

Dulce, uinosum, letum, lautum, sumptuosum, celebre, magnificum, dapibile, pingue, fœcundum, tempestiuum, luxuriosum, candidum, hymeneum, splendidum.

Copia.

Superflua, fastidiosa, affluens, diues, inuidans, aurea, larga.

Coquus.

Molle, calens, tenerum, purpureum.

Cor.

Molle, calens, tenerum, purpureum.

Corallium.

Fragile, puniceum, liquidum.

Corbis.

Messoria, amerina, cœca.

Cordolium.

Flebile, triste.

Corduba.

Facunda, docta, diues, fœcunda.

Corduba. Oppidum est Bethicæ regionis.

Corduba

Concha.

Squalens, caua, preciosa, uentosa, uilis, sonax
 sonans, detrita, marina, tenuis, torta, erycina,
 citheriaca, breuis, sidonia, sidonis, equorea,
 radians, nitens, picta, tortuilis, Erythæa, lucida,
 salax, spumans, leuis, aurata, adunca, ner-
 uosa, cithereis, tenax, lucrina, sarrana,
 area, inda.

Conchæ dicuntur duriores piscium teste, Capi Conchæ
 untur interdum pro ipsis piscibus, nonnunquam etiã
 pro tubis. Interdum pro gemmis, quæ nonnunquam
 in his reperiuntur.

Conchilia.

Lucrina, lubrica, coa, lunata, marina.

Concordia.

Mitis, felix, dulcis.

Coni.

Truces, terrifici. Sunt criste galearum.

Coniunx.

Pulchra, formosa,

Coniuratio.

Nefanda, clandestina.

Connubium.

Stabile, maritalè, dulce, fidum, sociale, letum
 ferax.

l Conor

Corinna.

Corinna
tres fuerūt

Tenuis, antiqua, pulchra, docta, tanagraea
Corinnae tres fuerunt. Prima Thebana seu The-
graeca Archelodori & Pocratie filia & Myrtidis
Scipula, quae Lyricorum principem Pindarum quae
quies uicisse, & Epigrammatum quoque libros ca-
disse fertur. Secunda fuit Thespia, ueterum monumē-
tis plurimum quoque celebrata. Tertia floruit Oen-
temporibus ipsi poetae charissima.

Corinthus.

Corinthus

Bimaris, nobilis, pyrenis, clara, ephyrea,
graia, alta, uetus, felix, uncta, supercilio,
Corinthus fuit urbs Achaiae ditissima, in medio
Isthmi Peloponnesiaci sita, quam Sisyphus latro Ae-
li filius fertur condidisse, & Corcyram primo uocauit
nasse. Postea uero Ephyre, & ad extremum Cor-
rinthus, à Corinthe Orestis seu Iouis filio uocata
est. Claruit aere laudatissimo, quo uasa fiebant adu-
dum preciosa.

Corium.

Ampullaceum,

phœnicium,

unctum.

Corna.

Lapidosa, autumnalia, rubicunda,
saxea, praedura, mitia.

rubicunda.

cornu.

EPITHETA.

Cornipes.

Anhelus, citatus, uagus, auidus.

Cornix.

Sinistra, improba, garrula, annosa, uaga, uetula, rauca, inuisa Mincerua, longeva, uiuax fusca, ingrata.

Cornu.

Parthum, camurum, naupactum, raucum, recuruum, areum, lycium, toruum, lunatum flexum, tortum, prominens, procerum, intortum, patulū, lunare, flexile, rigidū, inflexū cydonæum, durum, gortynium, terrificum, martium, flexuosum, horrifonum, distortum, ithureum, querculum, raucifonum, curuatum, aduncum.

Cornu præter communem significationē, quandoq; pro arcu solet accipi, nonnunquam pro tuba. Cornu.

Cornus.

Tremunda, stridens, accomoda bellis, cydonia aspera, stridula.

Corona & Corolla.

Sutilis, gemmifera, picta, nexilis, olympiaca, nitida, celebris, gēmea, stellata, implicata, fulgēs insignis, plectilis, floricomā, florida, rosacea, odorata.

1 2 Erant

Coronarū Erant olim coronarum, duo genera. Sutes fieri
 duo gene / bant ex folijs primarum rosarum, demum inolefcent
 ra. te luxu, ex folio nardi. His ueteres utebantur ad salu
 orum & solennes cœnas.

Corpus.

Tenerum, uegetum, infirmū, nitidū, ualidum
 morbidum, emollidum, putridum, caducum
 debile, pulchrum terreum, euandidum, noxiū,
 candidum.

Cortex.

Pinguis, cauatus, uiridis, cauus, tumidus
 rugosus, turgidus, rimosus, arboreus
 rigens, durus pumicosus, glaucus, fragilis,
 crudus.

Corus.

Repētinus, uiolentus, furēs, grauidus, rabidus
 madidus, sarmaticus, insanus, rapidus, immitis
 nymbosus, asper, imbrifer.

Corus.

Corus seu Caurus uentus est occidentalis, flans
 contra Aquilonem.

Coruus.

Oscen, phœbecius, latrans, niger, saluator
 uocalis, crocitanus, garrulus nigrans, uiuidus
 increpitans, delphicus, feralis, uorax, fames
 licus, siticulosus.

Corybantes.

Truces, cybeleij, clamosi, idæi,
armigeri.

Corybantes fuerunt ministri Cybeles, qui in Ida Corybātes
monte Phrygia, saltando & cantando eiusdem deæ
sacra faciebant. Idem feruntur fuisse custodes Iouis
adhuc infantuli.

Corylus.

Dura, fragilis, flexilis, sylvestris,
lacernata.

Coryletum.

Densum. Est aut coryletū locus cōsitus corylis. Coryletū.

Corymbus.

Diffusus, grauidus, comans, tener, baccheus,
textilis, racemifer, nysæus, bicolor, tremulus,
spissus, croceus, uiridis, mollis, hederosus,
niger.

Corymbi dicuntur hederarum uue, quibus coro Corymbi
nabatur Bacchus, q̄ propterea dicitur corymbifer.

Corytus.

Leuis, scythicus, sagittifer.

Corytus theca est arcus, & quandoq; sagittarū. Corytus.

Cos.

Dura, trita, aspera, deucalionæa, siphyleia.

Corifa.

Sterilis, parua. Insula est & urbs Africae.

Costum.

Eoum, achemenium, arabum, asyrium, indicum, odorum, odoratum, molle.

Costus. Costus seu costum in neutro genere, arbuscula est quaedam aromatica. Capiturque interdum pro uento, et ex ea distillato. Reperitur & in masculino genere.

Cothurnix.

Pia, peregrina, matertera Phœbi.

Choturnus.

Sophocleus, cecropius, tragicus, grandis, altus, pictus, lydius, terrificus, magniloquus, acer, priscus, altiloquus, altisonus, heroicus, superbus, melitheus, sublimis, colophoniacus, antiquus, æschyleus.

Cothurnus Cothurnus calciamentum est aptum utriusque pedis. Hinc adagium natum. Cothurno uersatilior.

Crapula.

Gravis, humens.

Crassus.

Diues, agelastus, cupidus.

Crabro.

Crabrones Asper, aculeatus. Crabrones sunt de genere *spatium*

*Sparum, habitant in syluestrium arborum cauernis.
Creantur ex equis.*

Crater.

*Ahenus, inauratus, signifer, coruscans, cel-
latus, gemmeus, aureus, auratus, corinthia-
cus, capax, undans.*

Crates.

Viminea, arborea, texta, detata, fraxinea, rara.

Cratinus.

Priscus, compotor, audax.

Cremera.

Rapax, turbidus.

*Fluuus est Italiae, apud quem CCCVI. Fabij Cremera
pugnantes à Vcientibus occisi sunt.*

Cremona.

*Culta, pulchra, frumentifera, miscra,
diues, turrita.*

Crepitus.

Horrisonus, tremens, sonorus.

Crepusculum.

Opacū, nocturnum, uestertinū, nigrum, serū.

Creta.

*Tenax, figilina, figularis, scaturiginosa, uli-
ginosa, humida, acida, putris, mollis, cymolia.*

Creta. Creta dicitur tenax quaedam terra, qua fellones in ablucendis maculis uti consueuerant. Omnium praestantissima fuit in Creta insula, à qua nomē traxit.

Creta insula.

Creta in/
sula. Minoia, minoa, circumsona, aëria, spatiosa, cerula, hecatompolis, potens, oaxis, curetis. Creta insula est in medio ponto, quæ à septentrione Aegæo alluitur, et mari Cretico, ab Austro mari Africo. Ferax est optimi uini. Centum olim habuit urbes &c.

Cribrum.

Farinarium, loliarium, ruderarium, rarum, pollinarium.

Crimen.

Noxium, seuum, crudele, famosum, turpis, triste, nefandum, foedum, prauum, iniustum, sceleratum, mortiferum, dirum, infandum, inquinatum, dolosum, damnabile, inexcusabile.

Crines.

Intonsi, myrrhai, renidentes, penduli, flauicomis, flauis, diuidui, ingenui, uagi, rosei, odorati, flauentes, nitidi, rutili, aurati, ricomi, errabundi, multifidi, comantes, nammei, uagantes, decentes.

Crista.

Comans, rutila, terrifica, plicatilis, corusca,
nutans, alta, rubens, horrens, picturata,
undans, micans, tumefacta.

Crocodilus.

Niliacus, improbus, nilicola.

Crocus.

Rubens, corycius, cilix, ruber, tenuis, pu
niceus, liquidus, pallens, sicanius, auricol
mans, mollis, suavis, solennis, rutilus, pur
pureus, redolens, tyrius, spirans, autumnal
lis, flauens, cilissus.

Cræsus.

Diues, lydus, pollens, dis,
superbus, magnus.

Cræsus rex fuit Lydorū ditissimus, qui propter Cræsus.
bonorum copiam putabat se omnium mortalium se/
licissimum.

Cruciatus.

Seuus, atrox, mæstus, sisyphius,
fulmineus.

Crudelitas.

Seua, nefaria, inhumana, carni/
ficina, odiosa.

Cruor.

Fluidus, obscœnus, crassus, ater, teter, calidus, sanguineus, sudus, puniceus, rutilus, fumans, nigrans, pinguis, tener, fœdus, roseus, niger, tepidus.

Crux.

Dura, seua, horrēda, rigida, cruēta, acris, tristis, amara, misera, lurida, funerea, horribilis, funesta, probrosa, arborea.

Crypta.

Caua, latens, silens.

CrySTALLUM.

Candidum, glaciale, gelidum, translucentum, lubricum, aquosum, prodigiosum, liquidum.

Cubile.

Secretum, pictum, arcanum, latebrosum, rufum, dulce, molle, socium, proliferum, placidum, ignauum, coniugale, plumosum, nebulosum, nocturnum, tenerum, occultum, gratum, tenebrosum, tepidum.

Cucullus.

Cucullus.

Durus, santonicus, pullus.

Cucullus uestis erat, quæ implicabatur collo. Noster monachorum

monachorum Gestamen uocant quod relinquere
plane sit nefas.

Cucumis.

Tortus, ceruleus, anguineus, intortus, liuidus,
agrestis, niger.

Cucurbita.

Grauis, pregnans, uiridis, syluestris, unca,
protenta, uentrosa, demissa, seminosa.

Culcitra.

Facilis, picta, leuis, plumea.

Culina.

Nigra, fumifica, putida, uncta.

Culmen.

Arduum, nymbisonum, aërium, sublime, umbrosum,
nemorosum, montanum, apricum.

Culmus.

Fragilis, leuis, cerealis, udus, uiridis, tener,
lacteus, agrestis, flauens, stridens, pinguis.

Culpa.

Edax, turpis, miseranda, sordida, horrens,
operta, tacita.

Culter.

Acutus, strictus, petrinus, cruentus,
trux, fulgens.

Cultus.

Cultus.

Decorus, prelautus, diues, nitidus, decentis
superbus, luxurians, regalis, muliebris, uol
nus, solennis, rhetoricus, attalicus, nitens
magnificus, felix.

Cumæ.

Euhoice, conscie fatorum, ueteres, phœbeæ.
Cumæ. Vrbs fuit Campanie propè Baias, quam Chalcid
denses ex Euhoia profecti edificauerunt.

Cuminum.

Gracile, pallens, exanguè.

Cunæ.

Teneræ, tepidæ, dulces, segmentatæ
molles, soporifere.

Cuneus.

Ahenus, prædurus.

Cunnus.

Lasciuus, fatuus, clamorosus, pecu
niosus, auidus, tener.

Cunnus. Cunnus fuit multarum claudium autor, teste Ho
ratio libro 1. Ser.

Cupiditas.

Inexplebilis, uesana, insatiabilis, flagrans,
improba, cæca, furiosa, effrenata, indomitæ
Cupido.

Cupido.

Occæcata, misera, iciuna, furiosa, furibûda,
 improba, auara, imperiosa, præceps, sceles
 rata, malesana, rabiosa, nefanda, prona, lu
 cri studiosa, arrecta.

Cupido.

Ferus, flagrans, feruidus, sordidus, ales, dul
 cis, pinnatus, formosus, dulcis, gratiosus,
 lasciuus, uolucer, pharetratus, paruus, præ
 pes, aliger, idalius, incestus, ilex, procax,
 sagittifer, agilis, immitis, teliger, impiger,
 tener, crudelis, minax, instabilis, flammis ar
 matus, lacteus, audax, ludens, ferox, callid
 dus, mellisuius, improbus, impurus, ignifer,
 malus, gnydius, titillans, cantus, pulcher,
 trux, blandus, seuus, uanus, nectarcus,
 atrox, cæcus, rapax, insuperabilis, splen
 didus, pennatus, inuictus, flâmigena, nudus,
 cultus, edax, uolans, uagus, armiger, pal
 phius, uersiformis, uesanus, aureus, dirus,
 argenteus.

Cupressus.

Conifera, feralis, funebris, lauis, acuta, ar
 dua, mœsta, tenera, plorata, aëria, alticomis,
 royans,

rorans, odorifera, uiridis, celsa, nigra, stigmata, deplorata, uiridans, funesta.

Cupressus

Cupressus seu Cyparissus, arbor feralis, non res germinat. Propterea in exequijs adhibita est, ut funis nebre signum.

Cura, pro anxietate & prouidentia.
 Tristis, ambigua, insomnis, mordax, uigilans, modesta, diligens, sedula, edax, uitiosa, atrata, sagax, sequax, frigida, leuisomna, pauida, acerba, intolerans aeris, subtilis, uigilans, grauis, solers, amara, languida, memor, damnosa, attonita, maesta, egra, auara, arcana, infanda, deses, sollicita, peruigil, spinosa, turpis, feruida, rudis, inquieta, pallens, pallida, prouida, reses, implacida, funesta, anxiosa, indaga, perdia, pernox, anxifera, tetrica, excubialis, leuis anceps, grauida, mordica, malesuada, misera, sordida, aestuans, maligna, profana, flagrans, laborifica, iniqua, seuerus, liuida, obscena, uorax, iners, premens, atrox, turbida, turbulenta, noxia, dira, perniciosus, ingrata, laboriosa, urens, mordens, tacita, tenax, terrestris, nocens, rodens, crucians, flammans, exanimalis, attrita, inuida, urgens, inquietus.

Inquies, ultrix, urgens, importuna, stimulas.

Curetes.

Phrygij, dictæi, imbrigenæ.

Curetes fuerunt sacerdotes & ministri Cybeles, Curetes. qui uagientem Iouem in Creta, occulerunt dissono ululatu omnia complentes, ne Saturnus uagitum ipsius Iouis audiens illum deuoraret.

Curij.

Mares, graues, pauperes, ueteres, tetrici, pugnaces.

Curiorum familia Rome fuit admodum pauper, Curij. sed nihilominus, commendabili uirtute. Precipuam in ea laudem meruit M. Curius, quem rapa in foco torrentem quum legati Samnitum reperissent, eiq; multum obtulissent auri: Mallo, inquit, hæc in fictilibus meis commesse, & aurum habentibus imperare.

Currus.

Præceps, insignis, uolucer, rapax, leuis, citatus, laborifer, arduus, falcatus, citus, agilis, ales, sonans, uolans, quadrupes, sceler, falcifer, inauratus, edax, pictus, superbus,

Currus solis.

 limosum, circumfusum, obliquum, refugū, tur-
 bidum, spumans, concitum, spumeum, ductile,
 arduum, uirens, sinuans, flexum, fontanum,
 properans, caducum, profundum, citatū, tumi-
 dum, sinuosum, uitreum, uiridans, nebulosum,
 cannosum, udum, humidum, nitidum, rigens,
 perlucidum, uiolentum, undans, currens, amœ-
 num, glaucum, inflexum, tumens, purum, li-
 quidum, deflexum, curuatum, præceps, fruti-
 cans, resonans, algidum, prociduum, exundās,
 lubricum, perimiferum.

Fluuius.

Rapax, liquens, minax, tumens, gelidus, spu-
 miser, humens, trax, minans, lubricus, citat-
 tus, algens, torrens, sonax, flexiuagus, rapi-
 dus, uorax, nitens, stagnans, undans, furēs,
 spumans, corniger.

Fluuij quondā ascribebantur decoriū numero. Hinc Fons.
 Val. Flac. li. 6. Magniq; sacerdos Phasidis. Frequen-
 ter quoq; simulacra fluuijs erecta sunt, &c.

Focus.

Focus.

Calens, calidus, tepidus, fumosus, ardens,
odoratus, accensus, thuricremus, sacrificus,
uaporifer, stridens, lucens, feruens, flammis
ger, igniuomus, sanctus, fumificus.

Fœdus.

Sociale, iugale, concors, socium, dulce, stab
bile, amicum, coniuratum, compositum.

Fœderū &
indutiariū
inuentores

Fœdera primus inuenit Theseus, & Lycæon
indutias.

Fœmina.

Tenera, candida, culta, leta, callida, imbellis,
luculenta, dux malorum, bella, scelerata, im
pudica, mollis, festiua, fallax, iniqua, labilis,
mobilis, prodiga, uindex, loquax, largiloqua,
insidiosa.

Fœnerator.

Fœnerator Auidus. Ausonius. Atque ut auidus fœnerator
improbum nummum malui occupare quàm cōdere.

Lucripeta, Plautus, Lucripeta fœnus fœnerat
tor postulans.

Fœnum.

Pratense, autumnale, molle, asperum, rigens,
rigidum, uile, herbosum.

œnile

Fœnile dicitur cumulus fœni, Fœniseca, qui se-
cant fœnum.

Fœnus.

Auidum, fœcundum, cumulatum,
occultum, copiosum.

Fœtor.

Hircinus, ab hircis, qui male olent. quem fœtorem Fœtor.
reddunt homines multum libidinosi.

Pestifer, quoniam ex immunditia cloacarum &
fœtore pestilentiam oriri certum est.

Folia.

Ariminensis, Nomen est ueneficæ, cui patria fuit Folia.
Ariminum oppidum.

Folium.

Molle, tenue, tenerum, crispum, mobile, ca-
ducum, agreste, glaucum, uernum, opacum,
rosidum, odoratum, leue, comans, uirens,
flexile, tremulum.

Folles.

Taurini, trementes, uentosi, reflatiles,
caui, æolij.

Fons.

Liquidus, muscosus, gelidus, irriguus, mun-
dus, montanus, largus, putealis, amœnus,
largipluus,

largifluus, frigidus, dulcis, uiuus, placidus,
 illimis, spumiger, fecundus, umbrosus, confusus
 cuus, bullis stillans, piscosus, subtilis, purus
 perspicuus, nitidus, rutilus, placidus, algidus,
 lene fluens, salebrosus, cauus, lutosus, uapori
 rosus, præceps, lucidus, lucens, gramineus,
 riguus, limpidus, sonans, crepans, raucus,
 montanus, uitreus, uagus, candidus.

Forceps.

Tenax, curua, adunca, denticulata, supina
 habilis, casua, ahenæ.

Fores.

Asperæ, robuste, obseratæ, rigide, difficiles,
 surde, picte, querule, ualidæ, celatæ, tumultuose,
 acereæ, fortes, ornate, duræ, rasile,
 ruinosæ.

Forfex.

Ferreus, acutus, auarus.

Forma.

Eximia, pulchra, superba, lauta, decens, ge
 nerosa, egregia, honesta, uitrea, ignea, an
 ceptus, fugax, argentea, breuis, uelox, præ
 ciosa, caduca, tenera, nitens, candida, splen
 dida, decora, uenusta, placida, fragilis, let
 pida, cunea, scitula, elegans.

Formica.

Formica.

Metuens senectæ, rapax, paruula, fragilega,
grandifera, repens, solers, patiens laborum,
leuis, parua, breuis.

Formido.

Nigra, turpis, atra, trepida, gelida, miser
ra, exanguis, tetra, pauida, mœsta, horri
rida, segnis, seua.

Fornax.

Caua, uasta, calcaria, calida, terrena, sul
phurea, uaporifera, curua, ardens, sulphur
rea, abrupta, occulta, ignea, picea, rapida,
profunda, ferraria.

Fornix, pro meretrice.

O lens, Horat lib. 2. Serm. Suburana, à Sabur
nico urbis Romæ, in quo erant meretrices.

Olida, Iuuen. Satyr. 11.

Fornix testudo.

Multicauus, cauus, cauernosus, niger, con
uexus, curuus, curuatus, piccus, opacus.

Fortuna.

Rhamnusia, omnipotens, inconstans, perfida,
lubrica, anceps, infida, fortis, rapax,
manca, superba, cæca, peruicax, licentiosus,
seuiens, nefaria, rhamnusia, dubia, tristis,
acerba,

acerba, improba, minax, insolens, insidijs
 cauda, dura, seua, inuida, noxia, uagas
 flubunda, desultoria, lenocinans, locuples,
 fallax, fragilis, fatalis, uelox, rapida, impo
 tens, labans, potens, sublimis, mutabilis,
 ambigua, imperiosa, illudens, insidiosa, cal
 duca, uolucris, præceps, bisrons, aspera, in
 stabilis, insana, bruta, iocans, immoderatus
 imprudens, audax, multiformis, truculentus
 uersuta, inanis, superba, uolubilis, uarias
 malefida, mobilis, deceptrix, mandax, mul
 gnipotens, procax, liuida, iniqua, influens,
 lucrifica, prominens, incerta, erratilis, præ
 nestina, uarians, æstuarua.

Fortnue di
 ffinitio et si
 mulachrũ.

Fortuna, inquit Lactantius, est accidentium rerũ
 subitus atq; inopinatus euentus. Multa enim, inquit
 Cicero, efficit inopinata nobis propter obscuritatẽ
 ignorationemq; causarũ. Interrogatus Chilo, quid
 esset fortuna, Cæcus, inquit, medicus, multos enim
 excæcat. Eius simulachrum apud Scythas sine pe
 dibus fingebatur, ut manus tantum & pedes haber
 ret. Apud Smyrneos eiusmodi fuit ut polum capite
 fulciret, manuũ altera sustinens Amaltheæ cornu.
 Lactantius pictam à ueteribus fuisse testatur cum
 copia &

copia & gubernaculo, tanquã opes tribuat, & rerum humanarũ teneat regimen.

Fortitudo.

Armipotens. Mant. Venit & armipotens uirgo, quæ amplexa columnam, Palladiũ robur uultu præ tendit, & ausum.

Forum.

Litigiosum, uerbosum, turbidum, fremens, triste, argutum, clamosum, raucum, stridulum, legisferum, uenale, iudiciale, cupediariũ, rigidũ

Fossa.

Præceps, subita, prærupta, hians, ima madida putris, caua, concaua, profunda, obscura.

Fossor.

Robustus. Virg. lib. 2. Georg. Et labefacta mouens robustus iugera fossor.

Fouea.

Putris. Statius lib. 12. Atræ. Sedulius. Flectere nixus iter foueam delapsus in atram.

Fraga

Montana, mollia, rubentia, redolentia, nascentia humi, rutilantia.

Fragor.

*Horrissonus, perterricrepus, tristis, uehemens,
q horrendus*

horrendus, fulmineus, reultans, crepulus, ter-
 risonus, raucus, resonus, exurdans, tristificus
 terrificus, horrificus, molestus, rabidus, hor-
 ridus, resonans, altiloquus, nymbosus.

Framea.

Sanguinea . Andreas Ammonius . Dirus nã framea
 Sanguinea Getes . Gladius est, quem Poeta Mari
 peculiarem faciunt

Franci.

Fortes, rigidi, acres, horridi.

Fraus.

Occulta, maligna, ingeniosa, scelerata, in-
 fanda, dolosa, mala, dira, masylla, infida
 clandestina, tacita, flexuosa, commenticia
 turpis, hostilis, latens, cauta, nefaria, inex-
 piabilis, impia, inuisa, lycaonia.

Fraxinus.

Syuelstris, procera, utilis, hastis, umbrosa
 alta, stridula, odiosa colubris.

Fraxinus. Scitur, procera est & teres, & pennata folio, Achil-
 lishasta multũ nobilitat. Materies eius ad multa est
 utilis. Quæ nascitur in Ida Troadis môte adeo est ci-
 tro similis, ut emetes fallat, durior, fusior & laucis
 folijs

folijs. Ampliſſimam habet Macedonia, quam Bume-
liam uocant. Diuiduntur in ſitu. Campeſtris criſpa
eſt, montana ſpiſſa. Folia fraxini iumentis mortife-
ra ſunt, ceteris ruminantiũ innocua. Succo expreſ-
ſo ad potũ contra ſerpentes & impoſita ulceribus
opiſera eſt. Tantaq; eſt uis ut nec matutinas, nec oc-
cidentes umbras ſerpens arboris eius attingat, adeo
ut ipſam procul fugiat. Si ea fronde gyro claudatur
ignis & ſerpens, in ignes potius fugiet quã in fraxi-
nũ. Floret fraxinus priuſquã prodierint ſerpentes.

Fremitus.

Horriſonus, rapidus, terrificus, raucus, inſat-
nus, flebilis, horrificans, ſonorus, anhelus,
mugiens.

Dicimus etiã fremor nomen pro fremitus. Virg
lib. 11. Aeneid.

Frigus.

Opacum, penetrabile, pluuium, concretum
dirum, contractum, morden, hyemale, bruma-
le, glaciale, ſterile, ſcythicum, hybernum, tor-
pens, acerbum, rigidum, manabile, acere,
durum, ignauum, iners, inhabitabile, malum
gelidum, roſidum, animoſum, improbũ, timi-
dum, pallidum, pigrum, triſte, riphæum,
q 2 dirum

dirum, pluuiiale, algidum, læthale, intolerabile,
dum, arctoum, strictum, malignum, crudum,
mordax, sauum, horridum, immite, arcticum,
niuale, horrens, intractabile, boreale, rhodo-
peium, pallens, iniquum, boreum, hyperbor-
reum, mortiferum, cauum, borysthenū, acutū

Frondes.

Virides, caducæ, altæ, uestæ, patule, teneræ,
letæ, tenues, crissæ, arbuteæ, agrestes, odor-
ratæ, flaccescentes, gramineæ, glaucæ, obscuræ,
tremulæ, opacæ, peruenustæ, comâtes, comosæ,
umbrosæ, corymbiferæ, uernantes, odoriferæ.

Frons.

Tenera, decora, honesta, honora, letæ, lucida,
nitida, punicea, terenicæ, pura, uenustæ,
eximia, sydereæ, nitens, niuea, æthereæ, rosæ

Fructus.

Florens, terrestris, syluester, uber, dulciss-
amœnus,

Fruges.

Grauidæ, hornæ, uberes, nitidæ, spicæ, letæ,
cereales, herbide, aureæ, teneræ.

Frumentum.

Lactens, purum, flauescens, germinans, æstiuū
Fructuū

Frutetum.

Gemmans, sylvestre, molle, occultum.

Frutex.

Ramosus, uenosus, arboreus, parcus, umbrosus.

Fucus.

Tenax, mendax, uanus, fallax, phalera/
tus, splendens, roseus, caeruleus.

Fucus herba est similis lactuca, quo in Creta uestes Fucus.
tinguntur. Tria sunt eius genera, Latum, longū &
crispum, quæ omnia sunt ad tingendum accommo/
data. Hinc fucum accipimus pro adulterino colore,
quo deformes foeminae sese pulchrificant. Metapho/
rice capitur pro dolo. Hinc fucū facere, p decipere.

Fuga.

Furtiua, trepidans, præceps, foeda, celer,
pernix, cita, foeminea, trepida, pauida, u/
ga, turpis, mollis, deses, iners, uolucris,
sollicita, effusa, timida, tristis, probrosa,
propera, præcipitans.

Fulcrum.

Eburnum, acernum.

Fulgetra.

Ardens, Mant. Non ardens fulgera metum, nō
nubila nimum.

Fulgor.

Nitidus, colorificus, coruscus, calidus, tremulus, aureus, niualis, igneus, ignifer, rosescus, splendidus, gemmeus, radians, flammens.

Fulgur.

Nictans, rapidum, micans, clarum, triste, rutilum, iaculabile, subitum, ignigerum, ardens, flagrans.

Fulicæ.

Marine, palustres, parue, uage.

Fulicæ. Est fulica avis aquatilis, degens propè stagnaculicus, paulò maior columba. Pullos aquile ante tempus exclusos nutrit. Matutino clangore tempestatem presagit, & quò ludit in littore. Nomen sumptum à furuo colore.

Fullo.

Auarus, Mart. lib. 6. Tam male Thais olet, quam non fullonis auari Testa uetus.

Fulmen.

Horrendum, pallens, iracundum, inimicum, caducum, clarum, perterricrepum, igniferum, infestum, uibratum, incuitabile, micans, penetrabile, fictile, temerarium, tortum, æternum, coruscum, horridum, redolens, hiuleum, atrium, rapidum.

rapidum, horrificum, rutilum, uiolentum, ru-
 tilans, intortum, calidum, igneum, obliquum
 trisulcum, improbum, dirum, fugax, terriso-
 num, aërium, crudele, leuuum, trifidū, mis-
 file, præpes, ualidum, phlegmæum, ardens,
 bellisonum, ferreum, tumidum, cadens, mi-
 nax, aetherium, rabidum, postularium, pesti-
 ferum, preemptale, horrifonum, acerbum, co-
 mans, ferox, seuuum, retonans, coeleste, fla-
 grans, resonans, radians, stridens, flammis-
 ferum, tonans, latitans, tetricum, rubrū,
 igniuomum, sulphureum, horrens, acutum,
 tetrum, tarpeium.

Fumus.

Volucerr, sequax, sublimis, ater, amarus,
 niger, graucolens, sordidus, uolans, lachry-
 mosus, lethalis, tenuis, calidus, bacchans,
 pinguis, nubiuagus, uiridis, piccus, igni-
 uagus, tristis, fluctuans, incoctus, grauis,
 arens, tremebundus, calens, undans, tene-
 brosus, peruolitans, turbidus, inanis, leuis,
 teter, opacus, molestus, tepidus.

Funda.

Balearis, stridens, balearica, torta, uoluta, uolubilis, teres, aëria, leuis, hispana, flexa.

Balcares *insule.* Balcares duæ sunt insule in mari Hispano, apud quas usus fundæ repertus est, & ad eò celebratus, ut matres filios suos alijs auibus olim uesci non poterentur, nisi quas fundæ fuissent adepti.

Fungi.

Pratenses, albi, ancipites, suilli.

Origo fungorum teste Plin. est ex pituita arboris.

Fusus.

Crudele, triste, acerbum, saeuum, miserandum, lachrymosum, atrum, inhonestum, miserabile, mæstum, iniquum, properatum, crudum, durum, lachrymabile, lamentabile, amarum, immitte, sanguinolentum, lugubre, flebile, cruentum, truculentum, tetrum.

Fur.

Nocturnus, uagans, tacitus, peruigil, trepidus, trifurcifer, famelicus, rapax, crudelis.

Furcæ.

Bicornes, ferreæ, rapaces, tricornes.

Furfur.

Triticus, ordeaceus.

Furia.

Vltrices, dira, colubriferæ, infernæ, uiperæ,
 crimitæ anguibus, immanes, tartaræ, horren-
 da, stygiæ, anguicomæ, ardentes, deformes,
 tristes, sonora, gigantæ, debelles, squalli-
 da, horridæ, ministra, dilis, nefandæ, noi-
 xia, acerbæ, crudeles, acherontigenæ, coman-
 tes angue, plutonides, seucræ, hydrigenæ,
 atræ, profana, alcmaonia, noctigenæ.

Tres sunt furie, Alecto, Thesiphone, & Megera, Furie,
 quas poëta Acherontis & Noctis filias dicunt.

Hinc acherontigenæ uocatur, & noctigenæ. Apud
 inferos dicuntur canes, apud mortales furie, quod
 furoris aculeos hominum præcordijs inculcent.

Propterea etiã finguntur ijs colubros iniicere, quos
 ad maniam trahunt.

Furor.

Validus, impius, moestus, saeuus, cæcus,
 amens, uiolentus, ardens, noxius, miser,
 ingens, dirus, tygrius, præceps, effrenus,
 auidus, horrendus, armifer, exundans, im-
 probus, prætumidus, rabidus, armatus, pro-
 teruus, rapidus, lymphatus, impotens, de-
 mens, pertimax, uesanus, exitialis, sanguis-
 nus,

neus, perniciosus, insanabilis, irrationabilis,
 immitis, atrox, mauortius, cruētus, ferreus
 uagus, barbarus, insanus, hostilis, iambeus
 armipotens, uenenosus, pronus, immansuetus,
 infrenus, bellicus, stygius, tartareus, impa-
 tiens, flagrans, fatuus, barbaricus, discors,
 terrificus, tristis, bacchans, berecynthius, ue-
 cors, indomitus, celeneus, bacchicus, hosti-
 cus, nefarius, inflammatus, effrenatus, her-
 culeus.

Furtum.

Pauidum, nocturnum, turpe, iniquum, impu-
 dens, latebrosum, infandum, lachrymabile,
 nefandum.

Apud Scythias nullum fuit grauius crimen furto-
 rum, quod tamen apud Lacedaemonios impune pmissum est.

Fuscina.

Minax. Mart. lib. x. Est insigne Neptuni, quod
 alio nomine tridens uocatur. Fuscina dimicabant ve-
 tularij gladiaturam exercentes. Diminutiuum est
 fuscinula.

Fusus.

Grauidus, uersatus, teres, succinctus, pregnans,
 leuis, lanificus, tortus, libratus.

Epitheta.

EPITHETA IOANNIS

Rauisij de litera G.

Gabiij.

Simplices. Fuerunt enim Volscorum populi Gabiij.
 Rudes, & sua simplicitate dolo Tarquinij Superbi superati sunt. Iuuen. Satyr. 3.

Gades.

Tyrie, herculeæ, tinnula, occidua, hesperia,
 uadose, iocose.

Gades insula est in Hispania in fine Bethicæ, pro- Gades.
 uincia occidentem uersus, cuius habitatores dicuntur Gaditani, quarum puellæ lasciuæ licentiæ, & impudici motus fuere. Iuuenalis Saty. 11.

Galathea.

Nerine, nereis, uiridis, procax, candida.

Galbana.

Noxia, Columella. Sed negat helleboros & noxia galbana succos.

Peregrina, Lucan. lib. 9. Herba est frequens in Galbana.
 Syria, que si comburatur, nidore fugat serpentes.

Galea.

Comans, crinita, terribilis, decora, nitens, cana, ærea, læuis, fulgens, radians,
 coruscans

corusca, horrida, trux, ferrea, teres, mī-
nans, solidata, uictrix, micans, renidens,
minax, rigens, conifera, tartarea, erata,
insignis, minitans, cristata, loethalis, ardens,
lucens, pennicoma, dura.

Galerus.

Arcadicus, picturatus, rutilus, flauus.

Galerus, Galerus tegumentum est capitis factum instar Ga-
lee, quo Mercurius in ferendis deorum mandatis
utitur.

Galesus.

Therapneus, lacedæmonius, umbrosus, piger,
oebalius, phalanteus, liquidus, albus, niger,
spartanus.

Galesus. Galesus fluuius est Laconie, quinq; milibus pas-
suum distans à Tarento.

Galli Cybeles.

Phryges, sanguinei, resupinati,
celenzi, secti.

**Galli sacer-
dotes.** Galli sacerdotes Cybeles in Phrygia, dicti à Gal-
lo flumine, cuius aquis poti, protinus furiabatur,
adeo ut seipsos detestarent, id est, amputarent sibi
testes & uirilia. Hi uaticinabantur fanatico carmi-
ne, ut inquit Linius. Samia testa utebantur ad am-
putanda

putanda sibi uirilia, nec aliter castrabantur citra
perniciem.

Galli, populi.

Feroces, truces, bellicosi, Romanis infesti,
armorum auidi, rebelles, acres, stolidi, fortes,
tumidi, leues, alacres, seui, atroces, efferi,
ardentes.

Gallia.

Animosa, ferox, diues, armipotens, fertilis,
impotens, seuia, fortis, facunda, flaua, ferax.

Gallus gallinaceus.

Excubitor, salax, tanagricus, cristatus, me/
tuendus leonibus, nuntius lucis, titanius,
ouis persica.

Gallus nuntius est lucis, Latonæ charus, quod ei Gallorum
parenti astiterit. Mortua foemina oua incubat. Glo/ alitum na/
riam sentit, noscit sydera, it cubitū cum sole, impe/ tura et con/
ritat suo generi, & regnū in quacunq; domo fuerit suetudo.
exercet. Certant inter se galli studio gloriae. Canūt
in uictoria, & se principes testantur, uicti occultan
tur, lucemq; & aspectum hominum refugiunt. Gra
diuntur alta ceruice, elatis cristis, cœlū crebrò aspi/
ciunt, in sublime falcatas erigunt caudas. Terrori
sunt leonibus.

Gallina.

Gallina.

Tenera, africana, corticalis, numydica, glociens,
glocitans, asra, meleagrides, cristata.

Gallina. Gallinarum uaria sunt genera. Cortales quæ cor-
te aluntur. Rusticæ similes sunt ferè uillaticis, quæ
decipiuntur ab aucupe. Numydicæ uarijs sparse plu-
mis. Aliter uocantur meleagrides à Meleagri tur-
mulo, quas poëta fabulantur ex filiabus Oenci (qui
Meleagri fuit filius) mutatas fuisse in has uolucres.
aiunt gallinas non posse interfici ab aspidē, quo die
cimum animalis foetidissimi comederint &c.

Gallus poeta.

Prodigus animæ, Ouid. lib. 3. Eleg. Sanguinis,
atq; animæ prodige Galle tuæ.

Gallus Doctus, Fuit autem Cor. Gallus elegiographus
poëta. foro Iulienfis. Is Augusti fauore conscendit ad gra-
dum Præturæ. Euphorionem græcum in sermonem
latinum transtulit. Scripsit quatuor libros amorum
suorum de Citheride. Fuit primum amicus Octauij.
Postea tamen suspitione coniurationis, quæ in eius
odium imegisset, consciuit sibi mortem anno etat-
tis XLIII.

Ganges.

Pulcher, rapidus, spatians, tepidus, immensus,
indicus,

indicus, corniger, ceruleus, undans, Eous, di-
nes, aurifer, arenosus, torrens, magnus.

Ganges Indiae fluvius est incertae originis. Tem- Ganges.
dit in Orientem, augeturq; in fluvijis navigabilibus:
demum septem hostijs erupit in mare. Tanta magni-
tudinis est, ut ubi minus occupat latitudinis, octo
millia passuum contineat, ubi plurimum, centum.
Altitudinis nusquam minus viginti passibus reper-
ritur. Hunc Cyrus rex Persarum in CCCLX. ab-
ueos diuisit, ob amissum ibidem equum praecipua
bonitate.

Gannitus.

Constrepens, Dulcis, tremulus.

Ganymedes.

Dilectus Ioui, troianus, regius, flavus, pocu-
lator, catamytus, phrygius, iliades, raptus Iou-
is, idaeus, phryx, iliacus, sangarius, gracil-
lis, dardanius, ephesus, tros, aureus, roseus,
urniger, pulcher, cynaedus.

Poetae dicunt Ganymedem puerulum fuisse Tro- Ganymed-
ianum elegantis formae, & propterea raptum ab Iou-
e aquila dum uenaretur in Ida monte Troadis, adhi-
bitumq; mensae Iouis ad praeministranda ei pocula.

Garamantes.

Garamantes.

Nudi, perusti, inculti, sæui, ueloces, inopes,
nigri, uagi, areniuagi, matrimoniorum expectes,
infelices.

Garaman- / Garamantes, autore Plinio, matrimoniorum ex-
tes. pertes, passim cum sceminis degunt. Nullas certas
habent sedes. Sub cilicijs semper agunt. Mulieres
seruilia ubiq; ministeria semper faciunt.

Garganus.

Arduus, appulus, iapix.

Gargara.

Ardua, pangea, flauescencia, culta,
priameia.

Gargara. Gargarus mons est & oppidum in Phrygia, in
imis radicibus Idæ, admodum ferax frugibus.

Garrulitas.

Rauca, odiosa, intempestiua, improba, insul-
na, acris.

Garunna.

Aequoreus, ualidus, ueliuolus, refluus, del-
fluus, celer, rapidus, magnus.

Grunna. Garunna fluuius à Pyreneis montibus defluens.
Celtas ab Aquitanis dirimit, augetur tribus annis
bus. Bituriges & Sanctones influit. Labitur in
oceanum.

Gaudium.

Gaudium.

Letum, dulce, candidum, fugitium, molle,
festiuum, delitiosum, beatum, procax, luxu-
riosum, uagum, blandum.

Gaurus.

Baccheus, Statius. lib. 3. Syl. Mons est Campanie Gaurus.
in Italia, in quo nascitur uinum præcipue bonitatis.

Gaza.

Eoa, persis, lyda, nobilis, externa, ptolo-
maeis, persica, caduca, attalica, fluxa, diues
asiatica.

Gehenna.

Obscura,

caua.

Geloni.

Acres, sagittiferis uolucres, pharetrati, seui,
flauis, imperiosi, equimulgi, dispersi, picti.

Geloni populi sunt Scythie, Agathyrsis proxi- Geloni
mi, dicti à Gelono Herculis filio. Solebant olim se
pingere. Sanguinem equinum bibebant cum lacte
Optimi sunt sagittarij. Multas singuli habet uxores

Gelu.

Brumale, pigrum acutum, marmoreum, astri-
ctum, canens, gelidum, concretum, hiernus
seuum, durum, frigidum, niuale, horrens,
r rigidus

rigidum, læthale, riphæum, scythiçû, arctos-
boristhencû, acre, horrendû, tremulû, cru-
geticum, sterile, iners, glaciæ, borealis
perspicuum, somniferum, rigens, sythonium
sarmaticum.

Gemitus.

Mœstus, insanus, acerbus, stridens, timidus,
lamentabilis, flebilis, fremens, seuus, durus
amarus, grauis, lachrymabilis, atrox.

Gemma.

Colorata, tumens, nobilis, nexilis, florida,
lucida, teres, indica, diues, ignea, eos-
garamantis, lactea, perspicua, uiridis, fulgēt
ardens, idaspæa, erithræa, preciosa, radians,
nitida, aurea, culta, flexuosa, scintillans,
radiosa, multicolor, fulgida, dis, scythica,
candens, clara, rutilans, relucens, micans,
honestâ, stellans, pura, flammata, splendidula
niuea.

Genâ.

Humentes, pulchræ, purpureæ, molles, teneræ
conspiciuæ, pubescentes, ambrosiæ, nitidæ,
eburnæ, turgidulæ, niuæ, roseæ, lacteolæ, cas-
dentes, decoræ, rutilæ, coloratæ, ingenus,
irriguæ

irrigua, sydereæ, leues, dulces, blandidule,
crasæ, cognatarosis, albentes, niuosa.

Genistæ.

Lentæ, humiles, uirides.

Genius.

Tutelator, hilaris, æuiternus, lucifugus.

Genitalia.

Mollia. Iuuenalis Saty. 6.

Genu.

Succiduum, pro ciduum.

Genua, urbs.

Armifona, potens.

Germani.

Inuicti, transrhenani, atroces, potentes, fero
ces, bellaces, truces, cerulei.

Germania.

Horrida, fera, repellatrix, dira, perfida,
ferox, audax, flaua, frigida, nebulosa, effera,
diues, bellax, armipotens, pugnax, atrox,
fortis, barbara.

Germen.

Molle, turgens, odorum, floriferum, micans,
ambrosium.

Gerræ.

Ridicule, leues.

Geryon.

Tricorpor, tergeminus, amplus, iberus,
triformis, ferus, minax, triplex.

Geryon. Geryon rex fuit Hispania tricorpor, ut fingunt
Poëta, quem Hercules superavit.

Gesa.

Rigida, Gallica, ferrea, alpina.
Gesacrant tela Gallis peculiaria.

Gestus.

Loquens, petulans, gratus mollis, uenustus.

Geta.

Hiberni, astuti, rigidi, infesti, pharetrati
crudi, marticole, stolidi, squallidi, duris
inhumani, hirsuti, truces, feri, feroces, duris
indomiti, intonsi, saui, pelliti, armiferi, flauis
fortes, uagi, gelidi, belligeri, threicij, bar
barici, infrenes, truculenti, illepidi.

Geta. Getae populi sunt Scythiae, moribus inurbanis
& barbaris. Nullos habent in agris limites, sed fru
ges liberas & cōmunes. Nec cultura placet longe
annua. Gaudent sagittis & pharetris. Integuntur
ferarum pellibus. Bibunt equinum sanguinem per
mixto lacte. Nō uescuntur carnibus. Solebant olim
mortuis uiris uxores interficere.

Glacies

Glacies.

Aspera, cœrulea, frigida, hyperborea, futuris, astricta, arctoa, niualis, alpina, riphæa, gelida, pendula, acris, lubrica, concreta, caucasea, fragilis, torpens, hyemalis, arctica, hispida, hirsuta, trux, filialymphæ, rigens, imperuiauentis, mœotica.

Gladius.

Minans, furens, frigidus, fulgens, minax, tristis, pinguis cœdibus, immanis, impius, hosticus, immitis, mortifer, strictus, trux, crudelis, ardens, gemmans, acutus, fatalis, anceps, uibrans.

Lacedæmonij primi, autore Plinio, gladium in uenerunt. Gladij res pertores.

Gladiatores.

Ordearij, rudiarij, boni, consumati, Samij, tunicati, bustuarij.

Glandes.

Volucres, ignitæ, plumbatæ, mortiferæ, diræ, igniferæ, ferreæ.

Glandes pile sunt ferreæ aut plumbeæ, quæ bellis Glandes. eis machinis intorquentur ad euertendos muros.

Glans.

Chaonia, querna, hiberna, ilignea, caduca,
uctusta, fagea, pinguis, tenera, sonora,
stricta.

Glarea.

Flava, splendens.

Glaucus.

Glaucus. Euboicus, biformis, uiridis, minor.
Glaucus fuit quidam ex piscatore in marinum deum
commutatus. Alter Minois filius. De priori uide
Ouid. in Meta. 1.

Gleba.

Putris, iacens, iners, supinata, pinguis,
uber, effossa, fecunda, friata, madida, pu-
micosa, dis, uisera, frugifera, redolens, pu-
cea, felix, obiacens, fertilis, diues, uliginata,
humens, ferax, crassa, dulcis, uires, fructuosa.

Glires.

Glires. Somniculosi, breues, hiberni.
Animalcula sunt in arboribus degentia, quae hi-
berno somno pinguescunt.

Gloria.

Perfusa furore, dulcis, animosa, hortatrix lectis
ardua, inanis, triumphatrix, uentosa, fragilis,
inuidiosa, nobilis, lucescens.

Gnato.

Gnato.

Blandus, Faustus. Qui blando patulas gnatonum Gnato.
commodat aures.

Gnydes.

Piscosa, arundinosa. Ciuitas est Lyciæ sacra Gnydes.
Veneri, quæ inde uocatur Gnydia.

Goliath.

Philisteus, superbus, allophylus, minax, gigas.

Gorgon.

Seua, anguicoma, aspera, anguifera, rigida,
terrifica, serpentigera, cruenta, dura, saxi-
fica, maura, phorcynis.

Gorgones filix fuerunt Phorci, quarum hæc sunt Gorgonum
nomina. Scylla, Medusa, Stenio, & Euryale.

Gortynæ.

Parua. Est urbs Cretæ pulchris cincta muris, Gortynæ.
apud quam nascuntur calami sagittis aptissimi.

Gothi.

Seui, armipotentes, immanes, infrenes, feri.

Populi sunt Scythiæ propè Datiam, qui principi Gothi.
pante Honorio Imperatore Italiam subegerunt ar-
mis, & linguam latinam sua barbarie infecerunt,
& contaminauerunt.

Grabatus.

Tenuis, uilis.

Graculus.

Frigulans, raptor. Auis est loquax & obstrepera. Hec annum fastidium lauri folio purgat. Serio à pabulis recedens hyemen presagit. Docilis est et facile mansuescens. Colitur in Lemno propter locustas, quarum exitio occurrit aduerso uolatu.

Gracchi.

Rabidi, Duo fuerunt fratres apud Romanos, Tiberius & C. Gracchi, qui multas factiones suscitauerunt in Repub. Voluerunt enim commouere plebem in senatū, & reuocare leges agrarias, de agris uiritim diuidendis.

Gradius.

Trux, atrox, saeuus, feruidus, horrendus, potens, furens, ferus, fortis, toruus, fulmineus, belliger, ardens.

Gradus.

Pensilis, celer, præceps, citatus, properus, pegaseus, præpes, leuis. Gallatorius.

Græci.

Parentes mendaciorum, loquaces, facundi.

Græcis.

Græcia.

Mendax, fallax, uindex, solers, docta, ul-
trix, uana, uetus, bellas, garrula, insolens.

Graij.

Fallaces, Virg. lib. 2. Aeneid. Mendaces. Po-
litianus, Mendaces Graios uane periuria gentis.

Gramen.

Letum, uiridans, tenerum, uiride, tenax,
molle, montanum, sterile, aculeatum, lubri-
cum, florem, rosidum, odorum, uernans,
frondens, tenellum, micans, fecundum, pi-
ctum, apricum, rorulentum, uirens, florens,
iucundum, odoratum, agreste, odoriferum,
florigerum, fruticans, discolor, herbosum,
debile, halans, humidum.

Grammatica.

Ars Palemonis, Palemonia, à Rhemnio Palemo-
ne Vicentino, qui insignis grammaticus Romæ ha-
bitus est etate Quintiliani.

Granata,

Diues, alta, superba.

Grando.

Crepitans, dira, hiberna, brumalis, dura,
colonis inuisa, æstiuas, concreta, immitis,
r s sonora,

sonora, niuosa, lapidosa, gelata, sonans,
terribilis, glacialis, saxea, horrida, resonans
horrisona, seu.

Granum.

Dulce, callosum, Grassator.

Nocturnus, Gellius libro 20.

Gratia.

Grata, blanda, concors, suavis, pulchra,
triformis, decens, elegans, urbana, mitis,
blandiens, dia, aurea.

Gratie Tres sunt Gratie quæ filie Iouis dicuntur, Aglaia
tres. letitiam, Thalia uidentem, Euphrosyne delectationem
significantes. Hæ dicuntur esse in comitatu Veneris
Nude ideo figurantur & sine nodis, quia amici
animos solutos ac nudos et apertos inter se habere
debent. Sunt qui Liberi & Veneris filias esse dicunt,
nec immerito. Nam per horum munera conciliantur
gratie. Earum una auersa pingitur, duæ ad nos con
uerse: quod profecto à nobis gratia duplex reuerri
soleat. Pinguntur etiam ridentes: ut doceamur uol
luntaria debere esse nostra in amicos obsequia. Iuue
nes item & uirgines, & perlucida ueste: quia uera
amicitia consistit in rebus honestis. Item consertis
in cubibus in se redeuntes instar chori: quia ordo bene
necij

ficij per manū transeuntis nihilominus ad dantem reuertitur, & tunc pulcher rimus est dum coheret/ scit & uicissim reuertitur. Hilares sunt quales esse debemus in dandis accipiendisq; beneficijs. Iuuenes; quia beneficij accepti gratia & recordatio nō debent senescere. Homerus unam gratiarum uocat Pasitheim.

Grauedo.

Somnolenta, frigida.

Grauisca.

Thusca, Nomen est ciuitatis Ethruriae.

Grauitas.

Tarda, frontoniana, senatoria, tetrica, pompeiana, matura, senilis, iunonia, saturnia.

Gremium.

Prædulce, dulce, amœnum.

Gressus.

Properus, succiduus, anhelus.

Grex.

Laniger, uillaticus, lasciuus, errans, immundus, tinnibulatus, opimus, opulentus, corniger, hirsutus, petulcus, hirtus, uiliger, proteruus, herbiuagus, edax, lautus, celer.

Grues.

Grues.

Strymonicæ, æriæ, bistonæ, aduene, altivolantes, hibernæ, threiciæ, naupliadæ, rapidae, querulæ, profugæ, aues Palamedis, Thracum uolucres, seuæ.

Grues. Grues astate aduene, æthera tranant trianguli figura, lapides pedibus librant cõtra uim uentorũ. Gerunt bellum cum Pygmæis. Ducẽ quem sequantur, eligunt. Habent & in extremo agmine dispositos, qui uicissim acclament, ne qua deesse uideatur. Item qui gregem uoce contineant. Ex his nonnullæ excubias agunt nocturnas, lapidem pede sustinentes, qui lassatis somno decidens, indiligẽtium sono coarguat. Cæteræ dormiunt, capite subter alã condito, alternis pedibus insistentes. Silentio uolantes per sublime, serenitatem præsagiunt. Festinantes uerò tempestatem. Purgant se iunco palustri. Ferunt eos nullis omnino laboribus delassari, qui neruos ex alis & cruribus gruis habeant. De his **Lucan. lib. 6.**

Gryphes.

Hyperborei, obunci, auidi.

Gryphes. Gryphem habet India quadrupedem uolucrem, recuruis unguibus, dorso nigrum, priori parte purpureum,

pureum, alis albicantibus, ore aquilino, igneis oculis, difficilem captu, nisi rapiatur pullus & inuoluer. Nidificat in altis montibus. Cōgreditur cuius ferè animali. Equis infestus est maxime.

Gula.

Luxurians, implacata, damnosa, ingeniosa, belluans, turpis, lata, rapida, nocens, uorax, rabida, aperta, deses, lasciuia, uentricola, ardens, impatiens, garrula, immensa.

Gurges.

Canus, curuatus, turbidus, spumeus, gelidus, rapidus, uiolentus, arenosus, ceruleus, limosus, canosus, spumans, anhelus, lucens, gemmans, curuus, sinuatus, canens, flumineus, tumidus, animosus, purus, refluus, salsus, profundus, spumosus, raucus, fluctigena, intortus, fumans, undosus, spatiosus, præruptus, piscosus, multifidus, præceps, confluus, fluctuagus, fluctuosus, fontanus, irriguus, liquidus.

Gustus.

Acutus, Budeus. Nec satis lancinare ora gustus feruido & acuto.

Gutta.

Teres, manans, frigida, turgens, decidua,
irrigua, fluitans, nitida, uaga, lucida, liquida,
exigua, procidua, humida, spumicoma.

Guttur.

Cavum, patulum, canorum, hians, udum,
cycneum, sonorum, blandisonum, ambrosium,
candidum.

Guttus.

Eburnus, faginus, samius.

Gyari.

Gyaros. Breues, Iuuen. Sat. 1. Gyaros insula est in mari
Aegaeo, ad quam relegabantur noxij.

Gigantes.

Coniurati, etnei, titanij, scui, terrigenae,
rabidi, ardui, anguipedes, serpentigeri, uastii,
tumidi, phlegraei, ueri, magnanimi, pallentes,
furentes, indomiti, audaces, serpentiferi,
centimani, uentrimani, superbi, thoomachi.
Gigantes à poetis finguntur fuisse filij Terrae & Ti-
tanis, tanta superbia, ut impetum secerunt in deos,
eosque caelo detrudere conati sunt, cuius rei causa dei
omnes mutatis delituerunt formis in Aegypto.

Gyges.

Centimanus, tumidus,

Gymnis,

Gymnas.

Therapnea, proterua.

Gymnolophista.

Syluicola, nudi.

Gypsum.

Crassum, siccum, Gypsacum dicitur quod gypso Gypsacū
dealbatum est.

Gyrus.

Sinuatus, lunatus, rotatilis, uolutus, obli-
quus, arcuus, curuus.

E P I T H E T A I O A N N I S

Rauisij de litera H.

HAbena.Valida, teres, effusa, uaga, stricta, angusta,
cita, facilis, rapida, undans, lenta, luxa.

Hæmon.

Bæotius, Propert. lib. 2. Fuit hic Hæmon The-
banus iuuenis, qui tanto amore dilexit Antigone
Oedipi & Iocasta filiam, ut ad mortue tumulū sese
interfecerit. Fuerat autem Antigone iussu Creon/
tis (qui uetuerat Græcorum cadauera inhumari) iu-
gulata, quod Polynicem fratrem mortuum noctu
sepelire uoluisset.

Hæmus.

Hæmus.

Thracius, gelidus, Oeagrius, umbrosus, genit-
ticus, imbifer, niualis, niueus, uirens, uir-
dis, arduus, latus, squallens, nubiger, thra-
cius, orphæus, uastus, spectabilis.

Hæmus. Hæmus mons est Thracie, à quo Macedonia dicta
est hæmonia.

Hæres.

Auidus, Horat. libro 2. Sermon.

Halec.

Halec. Putre, Mart. Capparin, & putri capas halec
natantes. Genus est liquaminis & piscis.

Halesus.

Halesus. Sicanius, Fluius est Sicilie.

Halys.

Halys. Turbidus, Fluius est defluens ex radicibus Tauri
montis. Tortus, Ouid. lib. 4. de Ponto.

Halter.

Halter. Stultus, Mart. in Apo. Est pondus illud quod
ad salicendum uelocius in manibus accipi solet.

Hara.

Immunda, humilis, obscena, mostelaria.

Harmonia.

Melica, à cantu melico.

Harpalices

Harpalice.

Threißa, dura. Nomen est unius Amozonum,
 que patrem suum Thraciæ regem à Getis captum li Harpalice.
 berauit.

Harpe.

Cyllenis, à Mercurio cyllenio. Ouid. lib. 5. Meta.

Adamantis, propter duriciem. Incurua.

Harpe gladius est Mercurij, quo usum ferunt Per/ Harpe.
 scum.

Harpyæ.

Stymphalides, diræ, rapaces, arcadiæ, truces
 auidæ, palustres, phineæ, herculeæ, stympha
 liæ, infestæ, immundæ, typhonides, tartaræ.

Harpyas Seruius ait fuisse Neptuni & Terræ fi
 lias uolatiles, uultu uirgineo, uncis manibus, dictas Harpyæ.
 à rapina, que græce harpyia dicitur. Hinc harpax
 rapinator, harpagare rapere.

Hasta.

Longa, rigida, grauis, martia, seuas, immitis
 fraxinea, bellica, acuta, trabalis, ualida, torta
 fatalis, rasilis, rapida, infesta, funesta, belli
 gera, stridens, uibrans, minax, cruenta, sang
 uinea, ferrata, teres, flammans, uelitaris,
 prælonga, fortis, missilis, oblonga, bilinguor,
 s uulnifi

uulnifica, abiecta, ansata, amentata, scelerata, pura, tremebunda.

Hastile.

Corneum, lentum, cristatum, sanguinolentum, picturatū, abenum, longum, ualidū, solidum.

Haultus.

Auidus, Strozius Pater. Qui plures auido calices ingurgitat haustu.

Hebe.

Iunonia, nobilis, formosa, coelestis.

Hēbe.

Hebe fuit Iunonis filia, Herculis uxor, dea iuuentutis, praefecta iouialibus poculis, sed aemū quā pudendas partes concidens superis ostendisset, officio amota. Cuius loco subrogatus est Gamymedes.

Hebenus.

Enodis, nigra, mareotica.

Hebrus.

Oeagrius, uolucer, gelidus, arenosus, sacers corniger, spumifer, murmurans, diues, undans spumans, chrysius, rapidus, fluuiialis, getes, uagus, turbidus, thracius, impiger nitidus.

Hecate.

Tergemina, Perseis, triceps, phœbea, audax perseia, nocturna, triformis,

Hecate

Hecate dicitur Proserpina & Luna, uel à tripli
 ei potestate quam habet: quoniam in coelis Luna, in **Hecate**
 terris Diana, Proserpina in inferis uocatur: uel à
 centum uictimis quæ eidem immolabatur. Quod sa-
 crificium uocatur Hecatombe. Est etiam filia Persei
 quæ inde uocatur Perseis & Perseia.

Hector.

Ferox, homicida, priamides, splendidus,
 inclitus, impiger, flebilis, fortis, atrox, ferus
 magnus, uanalis, setosus, troius, furibundus,
 barbarus, belliger, troicus, mauortius, phrigius
 armipotens, sanguineus, priameius, atrox, furi-
 bundus, troius, barbarus.

Fuit Hector Priami filius & Hecuba, Troia/
 norum omnium fortissimus, & quo sospite, urbs **Hector**
 Troia nunquam potuit expugnari. Vxorem habuit
 Andromachen, ex qua suscepit Astyanactem puer-
 rum, quem Ulyses è turris fastigio precipitauit.
 Ex Grecis interfecit Protefilaum, Patroclum, &
 alios permultos. Ipse demum interfectus est ac Achil-
 le & circum muros iliacos ter ab eo raptatus, bigis
 autore Virgilio.

Hecuba
 Cisseis, priameia, focuuda.

Hecuba.

Hecuba filia fuit Cisei regis Thraciae & uxor Priami, quae grauida ex Paride, somniauit se parturam facē, qua arderet Ilium. Hac Troia diruta praemio dolore mutata est in canem, ut fabulatur poeta.

Hedera.

Errans, uictrix, pallens, ligans, rigens, serpens, uirens, tenax, lasciuia, proceras, grata, flexibilis, bacchica, leuis, fruticosa, hilaris, crinalis, bicolor, baccifera, uiuax, frondens, sequax, albicans, flexipes, uiridis, preuiridis, teres, comans, ambitiosa.

Hedera

Hedera semper uiret, stare non potest sine admiculo, muros amplectitur quadam lasciuia, adeo ut erodat. Viuacissima est omnium arborum. Eius racemus uocatur corymbus. Inimica est satis omnibus, folia non amittit. Seipsam propagat. Duplex in folijs color, uiridis & flauus. Sacra est Baccho.

Hedymeles.

Tener. Iuuenalis saty. 6. Nomen est citharædi.

Hegaleos.

Diues, Statius libro 12. Montes sunt Atticae

Helena.

Argiua, tyndaris, lacena, ledea, Spartana, adultera, infamis, graia, fugitiua. tenarea, Oebalis

Oebalis, iliaca, candida, lacedaemonia, infesta,
pulchra, Ioue nata, perfida, auricoma, ini-
qua, blanda, formosa, bis rapta, Cycno gene-
rata, cycnigeria, moecha, alumna Sparta.

Leda, ut fabulantur poëtae, compressa à Ioue, in
Cycni formam commutato, duo peperit oua, ex quo-
rum altero nati sunt Castor & Pollux, altero Cly-
temnestra & Helena.

Helenus.

Priamides, troiugena, dardanius, phrygius,
troianus, uates.

Helenus fuit filius Priami, uaticinio clarus. Helenus.

Helifos.

Incuruus, Stat. libro 4. Theb. Fluius est At/ Helifus.
ticae regionis.

Helle.

Nepheleias, nepheleis, phryxæa, athamantis, Helle.
æolia, pauca, flebilis, trepida, infelix, tre-
pidans, nereis.

Helle filia Athamantis regis Thebarum insidias Helle-
nouerca cum Phryxo fratre fugiens, arietem aurei
uelleris conscendit, ut eo modo Colchos ueheretur.
Quos quum per mare ferret aries, cōtiguit ut Helle
puella perterrita caderet in Pontū, qui inde sumpt-
sit nomen. Ouid. lib. 4.

Hellepontus.

Rapidus, longus, Leandrius.
 Hellepontus. Est autem Hellepontus angustum mare Hellespontus.
 Leandri iuuenis casu nobilitatum, Asiam ab Europa septem stadijs tantum distans.

Helorus.

Helorus. Stagnans, clamorosus. Fluvius est Siciliae, teste Plinio lib. 3. nat. hist.

Heluetij.

Ferri, armipotentes, seui, truces.

Heliades.

Heliades. Clymeneides, populeae, frondosae, moesta.
 Heliades filiae fuerunt Solis & Phaëtonis, quae quae
 ruinam Phaëtonis fratris sui dolentissime ferrent,
 nimia moeroris impatientia dirigerunt in populos
 arbores. Earum nomina sunt Phatusa, Lampetia,
 & Ipeti.

Helyce.

Torua, gelida, niuosa, truculenta.
 Helyce. Helyce est maior ursa, seu sydus Septentrionalis
 quod nauigando sequitur et obseruat Peloponnesij.

Helycon.

Amoenus, canorus, picrius, aonijs, sacer,
 celsus, laurifer, uirginicus, doctus, diuinus,
 organicus, uirens. Helicon

Helicon mons est Bœotie non procul à Parnaso,
Phocidi uicinus, Apollini sacer & musis, quæ pro-
pterea uocantur helyconiades à Persio.

Heraclea.

Heraclea.

Perinthus, Ciuitas est bosporona in finibus Euro-
pa, quæ prius dicebatur Perinthus.

Herba.

Suauis, mollis, uiridis, tenera, florens, le-
ta, gemmans, agrestis, pubens, beneolens,
iucunda, pruinosa, rosida, stercorosa, spino-
sa, uiridans, opaca, dulcis, pallens, odora-
ta, fertilis, cerealis, decens, uida, tenuis,
fruticosa, potens, mitis, medica, rorans, flu-
uialis, bibula, syluestris, arenosa, flagrans,
tenuella, florida, decidua, olens, uersicolor,
halans, rosca, redolens, sitiens, sapida, hor-
tensis, uirens, multicolor, odora, irrigua, tre-
mula, uersilis, rudis, edulis, arens, circa, me-
deis, salubris, secreta, salutifera, poconia.

Hercules.

Tyrinthius, amphitryoniades, uagus, magnus,
impiger, almena creatus, Iouenatus, labor-
rifer, oethæus, falsiparens, magnanimus, pro-
fugus, intrepidus, fortis, anguitenens, hirtus,
s . 4 uiolentus,

uiolentus, ferox, trux, horridus, indomitus,
domitor ferarum, uictoriosus, alexiacus, trem-
mendus, inuictus, turbidus, toruus, doricus,
thebanus, amphitrionius, thyrsigena, exi-
mius, generosus, auxiliaris, coelifer, uictor,
conopijs, epitrapius, lasciuus.

Herebus.

Durus, profundus, dirus, tenebrosus, tristis,
niger, infernus, silens, altus.

Heremita.

Heremita. Soliuagus, Vrceus Cremonensis. Soliuagus
inter degit Heremicolas.

Heremus.

Vacua, tacita, uasta, sancta, caca.

Hermaphroditus.

Herma/
phrodi/
tus. Satus Mercurio, Semiuir. Fuit Mercurij & Vel-
neris filius. Hoc nomine dicuntur qui utrunq; ha-
bent sexum, aliter Androgyni.

Hermione.

Hermione. Hermione Menelai fuit filia & Helena admodum
speciosa, cuius causa Orestes Pyrrhum (cui nupsit
rat) interfecit, quod sibi prius fuisset desponsata.

Hermus.

Turbidus, lydius, sordidus, felix, diues, metal-
lifer, lydus, uagus. Fluuus

Fluuius est Lydiæ, qui aureas arenas habere fertur.

Hero.

Sestias, sesta, uenusta, formosa,

speciosa, spectabilis.

Hero puella fuit speciosissima, Veneris sacerdos, Hero.
ex Sesto urbe Helleponti propinqua Abydo. Hæc
correpta amore Leandri adolescētis Abydeni &c.
Musæus poëta græcus amores amborum egregie
commendauit.

Herodes.

Malus, barbarus, crudelis, idumæus, trux,
cruentus, ferus, turbidus.

Herodes à M. Antonio rex Iudææ creatus est, Herodes.
post cuius mortem demeruit sibi & conciliauit Au/
gustum, petita uenia quod Antonij partibus stu/
diuisset, liberos septem suscepit, quorū tres primos
occidit ut sibi suspectos. Cui sceleri adiecit innocen/
tium cædem. Nam multa puerorū millia occidi ius/
sit, ut autorem nostræ salutis interciperet.

Herodotus.

Torrens, dulcis.

Heroes.

Magnanimi, semidei, magni, insignes,
ueteres.

Heroniæ.

Formosæ, Propertius libro 1. Illic formosæ uel
niant chorus heroniæ.

Hesiodus.

Ascreus, bæotius, præceptor arandi
agricola, holyconius.

Hesiodus. Hesiodus poëta natus est in Ascrea Bæotie uico.
Hic missus à patre ad ouium custodiam, dormiens
somniauit se repente factum poëtam.

Hesperus.

Rosidus, dilectus Veneri, nuntius noctis, flor
rifer, niger, index noctis, lucidus.

Hesperus. Hesperus sydus est nocti præuium, & sacrum Ve
neri, quod aliter et iam uesper et uesperugo dicitur.

Hetruria.

Solers, quoniã ars aruspicina fertur ibidẽ inuẽta.

Hiarbas.

Procax, getulus, lybicus, maurus,
zelotypus.

Hiarbas. Filius fuit Ammonis ex Garamantide nymphis
teste Virg. & rex Getulorum, qui quum uiduã Di
donem cogere uellet, ut sibi nubcret, eam ad inferen
dam sibi mortem compulit.

Hiatus.

Hiatus.

Vastus, patulus, uacuus, cauus, terrificus,
patens, cauernosus, sophocleus, tenebrosus.

Hibiscus.

Gracilis, uiridis. Herba est apta consuecendis Hibiscus.
fiscellis, cuius folia ex aqua pota aluum soluunt, ser
pentes abigunt, apum, uesparrum, crabonum icliu
bus medentur illita.

Hiera.

Syluestris. Virg. lib. 9. Aencid.

Hiera.

Hieronymus.

Trilinguis, Stridonefatus.

Hinnitus.

Acrr, acutus, tremulus.

Hippocrates.

Cous, Fuit medicorum maximus, auditor Demo Hippocra
cratis, familiarissimus Perdica Macedonũ regi. tes.

Hippocrene.

Aganippis, camœnalis, clara, uitrea, palli
da, sacra, phorcinis, helyconis.

Fons est in Bœotia sacer Musis & Apollini, quẽ Hippo
equus Pegasus Neptuni & Medusæ Gorgonis si
lius, ungula pedis clicuit, unde & traxit nomen.

Hippodamia.

Hippodamia.

Pisæa, lyrneſis, atracis, uelox, iſchomæche.

Hippodromus.

Puluerus, Martialis lib. 12. Spatium eſt, quo equi ad curſum exercentur.

Hippolyte.

Magneſa, ferox, thermodontia, uirago, barbara, threicia.

Hippolite. Regina fuit Amazonum, quam Hercules debellatam dedit Theſeo, ex qua Theſeus ſuſcepit Hippolytum. Fuit & altera Achæſti regis Magnæſia filia, cui primum epithetum conuenit.

Hippolytus.

Virbius, pudicus, theſeius, Amazone natus, amazonius, theſides, miſerabilis, ſeuerus, caſtus, inſons, rigidus, uerecundus.

Hippolitus Hippolytus filius fuit Theſei & Hippolytes Amazonis, qui ſtudio ſeruandæ caſtitaſis hominum conſortia declinâs, aſidue ſeſe exercebat in ſyluis. Sed accidit, quod reformidabat maxime. Nam quû præſtanti eſſet forma, amari cœpit à Phædra nouerca adeo uehementer, ut quum impudico eius uoto conſentire nollet, miſera ſe ſuſpenderit, relictis literis, quibus priuignû accuſabat ſtupri. Hoc ubi reſciuit Hippolytus,

Hippolytus, statim metu patris Thesei properè au-
fugit, & in fuga discerptus est ab equis. Ovidius li-
bro decimoquinto Meta.

Hippomenes.

Aonius, proles neptunia, megareius, cupidus,
Fuit Hippomenes adolescens Megareus, Neptuni Hippome-
nepos, qui beneficio Veneris superavit Atalantam nes.
filiam Schœnei regis, quæ cursu certabat in procos
ea lege, ut ei nuberet, à quo uinceretur, uicti interfi-
cerentur omnes, ut iam docuimus in Atalanta. Sed
ambo mutati sunt in leones, quod in Cybeles tem-
plo rem fecissent ueneream.

Hipponax,

Acer, ferus. Fuit Hipponax Ephesus poëta iam Hipponax
bographus amarulentæ ac notæ mordacitatis, qui
Bubalum & Anterinum, quod ab ijs deformi specie
pictus esset, uersibus iambicis insectatus est, & ad
uoluntariam impulit mortem. Vnde Hipponactæu
preconiû, p infami nota dixit M. Tullius, in epist.

Hipsyphile.

Thoantis, pulchra, lemniæ, lemniæ,
effera, thoantias.
Hipsyphile fuit filia Thoantis, qui regnavit in Hipsyphile
Lemno insula. Hæc Iasonem ad uellus aureum profi-
ciscentem

ciscentem patrio suscepit hospitio, & adamauit, suscepitq; ex eo gemellos, abeuntemq; multis lacrymis prosequuta est. Nec post amorem Iasonis quam adamauit. Nam fugiens ex Lemno raptata est à Pyratibus, & perducta ad Lycurgum Nemeæ regem, cuius filium Opheltem nutriuit, qui mox retis in herba, occisus est à serpente.

Hircus.

Corniger, leuis, grauis, uilis, annosus, imundus, piger, saltens, fetiger, hirsutus, cinypis, olidus, auidus, barbiger, imbellis, uagus, olens, procax.

Hircus. Hirci obliquis sunt oculis, & ad nares respicientibus. Sex menses hybernos supra sinistrum latus dicuntur iacere, quum dormiunt. Ab æquinotio hiberno totidem menses supra dextrum. Eorū rabies mitigatur, si mulceatur barba. Oligi sunt maxime, unde & hircosos uocamus homines graue olentes.

Hirundo.

Arguta, garrula, prænuntia ueris, uaga, agrestis, bistonis, transans, daulias, lasciuas, Padione nata, funesta attica, peregrina.

Hispani.

Venales, Feroces.

Hispania

Hispania.

Fertilis, pugnax, bellax, horrida,
audax, populosa.

Fertilis, quoniam Plinius scribit Hispaniam me- Hispania
tallis omnibus nedum auro abundare. Metallis, in-
quit, plumbi, æris, argenti, auri, tota ferme Hispa-
nia scatet. Item lib. 33.

Historia.

Bella, præterita, seuera, arguta.

Historia testis est temporum, lux ueritatis, uita Historia
memoria, magistra uitæ, nuntia uetustatis.

Histrio.

Ridiculus, funepus, auarus.

Histrix.

Hirsuta, noxia, terribilis.

Histricæ aculeatas habent pinnas, quas iaculi mo Histrix
do intorquent. Hinc adagium, spinosior histricæ, in
homines agrestes & inamænos.

Hœdus.

Petuleus, tener, tenellulus, petulans, uagus,
corniger, mollis, lactens, pinguis, lasciuus,
alacer.

Hœdi.

Nymbosi, pluuiiales.

Hœdi. Super tauri cornua, inquit Seruius, signum est, cui auriga nomen. Habet autem auriga stellas duas in manu, quæ hœdi uocantur, quorum ortus & occasus tempestates grauissimas facit. Oriuntur autem cum Scorpione mense Octobri.

Holocaustum.

Holocaustum. Sacrum, Iosephus. Quædo, inquit, tota uictima que immolatur, incenditur, id sacrificium nomen holocaustomatis habet.

Homerus.

Colophoniacus, smyrneus, mæonius, magnus, uinosus, insignis, eternus, antiquus, achæus, conditor Iliados, magniloquus, cæcutiens, cæcus, tonans, oculis captus, mæonides, sapiens, diuinus, doctus, salaminiacus, diuus, grauis, grandis, altisonans, quus, Colophonis alumnius, sublimis, dus, melefigenes, colophonius, florens, mortalis, solers.

Homicida.

Homicida. Nefarius, Apul. Ne nefarius homicida totam edium lanienam (quæ cruentè exercuit,) impune commiserit.

Homo.

Homo.

Bipes, nudus, mendax, fragilis, caducus,
 uilis, sensibilis, imbecillis, prouidus, incautus,
 pusillus, arumnosus, lubricus.

Honor.

Egregius, inuidiosus, prodigiosus, terrenus,
 celebris, sollēnis, eximius, fragilis, conspicuus
 mundanus, mollis, tumidus, popularis, ambi-
 tiosus, mirificus, ambitus.

Hora.

Properans, fugiens, uelox, mobilis, celer,
 breuis, auricoma, subita, leuis, rapida, mi-
 tabilis, fugax, præceps, agilis.

Horatius.

Fidicen, numerosus, uaser, calaber, lippus,
 mordax, uenusinus, acer, doctus, suauis.

Q. Horatius Flaccus natus est in Venusino Ap-
 pulia oppido, patre Libertino duobus annis ante cō Horatius
 iurationem Catilinæ. Puer dedit operam Orbilio Be-
 neuentano, prouectior factus Athenas se contulit,
 ut Philosophia uacaret, morib. fuit impudicis. Natu-
 ra in iram propensa, sed tamen facile placabili. Tri-
 bunitiam Romæ adeptus est dignitatem. Præter cas-
 teros coluit Meccenatem, à quo plurimū etiam amas-
 tus.

tus. Composuit libros Carminum quatuor, Epodion
 & seculare carmē. Libellū de arte poëtica, duos Sa-
 tyrarum, ac totidem Epistolarum. In Satyris imita-
 tus est Lucilium. Eius carminibus summe oblectabi-
 tur Ovidius. Statura fuit breui, corpore, obeso oculi-
 lis lippis, mortuus est anno LVII. etatis sue.

Horimus.

Felix. Est enim fluuius sacer Musis.

Horreum.

Pensile, terrenum, cereale, ligneum.

Horror.

Seuus, frigidus, dirus, niger, acerbus, luri-
 dus, gelidus, ferus, martius, exanguis, ferri-
 lis, implacabilis, exitialis, tranquillus, ater,
 truculentus, barbarus, terribilis, terrificus,
 sonorus, tremulus.

Hortus.

Halans, pinguis, ferax, mollis, rignus, irri-
 guus, sitiens, florens, frondens, hilaris, fecuus
 dus, excultus, cultus, fertilis, pomosus, algens
 suburbanus, felix, pomifer, redolens, odorat-
 tus, insignis, fragrans, occultus, secretus
 floridus, rosidulus, apricus, floridulus, uiridis
 placidus, florifer, genialis, generosus, amœnus
 conspicuus

conspicius, uiridans, pictus, albens, speciosus
 letus, auricomus, septus, odorifer, floricomus
 Hospes.

Mobilis, Claud. Nec bibit ignotas mobilis hospes
 aquas.

Hospitalitas.

Comis, Quintilianus. Tum comi, hilariq; hospita-
 litate sedulo habeat.

Hospitium.

Come, dulce, amœnum, benignum.

Hostia.

Pinguis, tenera, opima, placabilis, mystica, Hostia-
 Hostia erat uictima quæ immolabatur cæsis hostibus
 Sacrificabatur autem laribus, quorū ope uicti crede-
 bantur hostes. Ouid. Hostibus à domitis hostia nos-
 men habet.

Hostis.

Auersus, infestus, impius, saeuus, barbarus,
 rus, ferus, cruentus, perfidus, callidus,
 nescius miserescere, trux, iniquus, uiolentus,
 læthifer, acerbus, fallax, inuisus, ferox,
 insolens, truculentus, perniciosus, terrisonus
 dirus, rixosus, belliger, crudus, pestifer,
 insensus, pugnax, sanguinolentus.

Humeri.

Albi, musculosi, fortes, candentes, pulcherrimi, candidi, albentes.

Humus.

Pinguis, cretosa, lutosa, dulcis, uda, diues, arenosa, humida, herbosa, dura, picta, uiridis, gelida, graminea, lata, solida, madida, immunda, limosa, comans, frigida, altrix, foetilis, sitiens, florida, foecunda, glebosa, patens, cerulea, fruticans, herbida, limifera, lapidosa, tenera, formosa, uernans, uirens.

Humor.

Gelidus, tener, aquatilis, defluens, pluuuus, exundans, liquidus, dulcis, nebulosus, conglotatus, spumeus, fumidus, lucidus, rosidus, frigidus, aquaticus, pinguis, tenax, madidus, labilis, aqueus, lentus.

Hunni.

Turpes, pestiferi, minaces, feri, torui, belligeri. Populi fuerunt in Scythia Europae, qui Meotida paludem incoluere: deinde mutatis sedibus, ingenti multitudine profecti in Pannoniam deuenierunt.

Hyacinthus.

Rubens, ferrugineus, ceruleus, corycius, amyclides

amyclides, tenarides, oebalides, oebalius,
 purpureus, ephebus, blandus, roseus, mollis,
 florens, tener, purpurascens, salaminiacus,
 candidus, dulcis, luteolus, ruber, pulcher.

Hyacinthus puer fuit Laconicus speciosissimus, Hyacin-
 ab Apolline simul & Zephyro uento adamatus: thus.
 qui quum in Apollinis amorem magis inclinaret,
 ob zelotypiam in se Zephyrum armauit. Quum
 igitur se disco cum Apolline in aërem coniectum ita
 repercuisset in Hyacinthum, ut ipsum interfecerit.
 Apollo autem ne tam formosi pueri memoria interi-
 ret, ipsum in sui nominis florem commutauit.

Hyades.

Inserens, nymbose, pluuie, tristes,
 fucule.

Septem sunt stelle in ore & cornibus Tauri, quæ Hyades.
 quoties nascuntur uel occidunt, pluuias creant. Fue-
 runt autem Atlantis filie ex Actra, quæ quum Hyan-
 fratrem interfectum à leena continua deslerent la-
 mentatione, in stellas uerse sunt.

Hybla.

Crocea, florida, trinacris, alta, sicula,
 fertilis, mellifera, sicanis, floricomæ, di-
 ues, herbosa.

Hybla. Mons est Sicilie apibus & optimi mellis copia abundans, ut Hymettus attice.

Hydaspes.

Nyseus, fabulosus, gemmifer, aurifer, nabertheus, diues, lenis, longinquus, mœdus, clarus, tumidus.

Hydra.

Renascent, lerneæ, stridens, immanis, colubriferæ, dira, uallata colubris, ramosa, improba, fœcunda, uirens, argolis, superba, nocens, ferox, multiplex, horrenda, septemplex, frigida, rediuiua, tumens, populosa.

Hydra. Hydra fuit serpens in Lerna palude propè Argos, cui quum Hercules caput unū amputabat, duo protinus renascebantur.

Hydria.

Hydria. Fictilis, Budeus. Lagena uas est ea forma quæ hydria fictiles hodie à Bellowacis importantur.

Hydropicus.

Sitiens, dirus, insaturatus.

Hydrus.

Immanis, turpis, stridens, niger, seuius, calimeus, echionius, sons, gorgoneus, pinguis, toruus, liuens, rabidus, longus, niligena, aruleus, lybicus, intortus, sepulchralis.

Hydri in aqua uiuunt, nulli serpentum inferiores Hydri ue/
 ueneno. Horum iecur seruatum aduersus percussos neni uis.
 ab ijs auxilium est, percussis ab hydro odor grauis
 excitatur. Afficiuntur in super obliuione rerum, ui/
 denturq; nebulam pro oculis habere, in horrorem
 ac rabiem agi. Tertia demum die percunt.

Hyems.

Aquosa, ignaua, tristis, dura, glacialis, aspe/
 ra, atra, frigens, acris, informis, iniqua,
 crepitans, læthalis, horrida, adoperta gelu,
 improba, pigra, deformis, frigida, prægel/
 da, pluuiosa, seuas fera, uentosa, atrox,
 imbrifera, immitis, ædonia, ferrea, æolia, sar/
 matica, cæca, aquilonia, armata, turbida,
 undosa, torrida, maligna, ferox, segnis, cal/
 ua, grauis, pluuiialis, gelida, onerosa, niuosa,
 borealis, mala, nymbose, inuisa, ægea.

Hylas.

Tener, quæsitus, herculeus, thyodamanteus,
 pulcher, clarus, paruus, tiryntius, Thyo/
 damante genitus, formosus.

Hylas filius fuit Thyodamantis, quem Hercules Hylas.
 ob eximiã formam adamauit supra modum, & cum
 Argonautis Colchos nauigans secũ duxit. Sed quũ

in Mysia ad hauriendam aquam Ascanij fluij unā
extulisset, nimio pondere demersus est. Vnde poēta
finxerunt eum à nymphis ob speciem raptū. Amici
ruinam dolentissime tulit Hercules, cumq; magnā
& altissima uociferatione frequenter inclamauit.

Hymen.

Vinctus sertis, formosus, floricomus, letus,
pulcher, mitis, dulcis, mollis, blandus, con-
nubialis, honestus, tædifer, festus, erroriuagus.
Hymen. Hymen seu Hymeneus filius fuit Veneris & Li-
beri patris, deus nuptiarum ab antiquis creditus,
quod primus certas nuptias instituerit. Capitur
quandoque pro ipso connubio & interdum pro
cantu nuptiali.

Hymettus.

Acteus, florens, dulcis, cecropius, olens,
theseus, uernus, ericttheus, pulcher, uiridis,
cerealis, tepidus.
Hymettus Mons est Atticæ clarus & abundans apibus, &
copia mellis optimi.

Hymnus.

Ismarius, sacer, alacer, dulcis, honoratus.

Hypanis.

Sonans, Virg. lib. 4. Georg. Bisapor, duos hy-
bens su

bens saporis: quoniam, ut inquit Herodotus, salu-
bris est potus, donec Callipodum terminis inferat-
tur, ubi amarescit. Ouid. lib. 15. Met.

E P I T H E T A I O A N N I S

Rauisij de litera I.

I Acchus.

Dulcis, ogygius, lenis, tumidus, cornutus,
mitis, corymbifer, mollis, spumans, uitalis,
pulcher.

Iactura.

Grauis, Flebilis.

Iaculum.

Velox, acutum, stridens, leue, læthale, uol-
lans, tremulum, intortū, maurum, uolucres,
ales, asperum, læthiferum, gnosiacum, uul-
nificum, fulmineum, leue.

Iaculus.

Volucer. Lucan. lib. 9. Iaculus serpens arbores Iaculus.
subit, è quibus ui maxima turbinatus, penetrat
quodcumque animal obuium fecerit fortuna, autor
Plinius lib. 8. cap. 23.

Iader.

Tepidus, Lucan. lib. 4. Et tepidum in molles

Iader. Zephyros excurrit Iader. Fluvius est in Adriaticè
mare defluens, iuxta quem oppidum quod Iadera
dicitur.

Iambus.

Criminosus, celer, parius, citus, liber, pu-
gnax, ultor, uolucripes, ferox, ferus, tri-
stis, lasciuus, uulnificus, echidneus, lachry-
mosus, tumultuosus, tragicus, horrendus, mor-
dicus, rabidus, rabiosus, lycambæus, trux.

Iambus. Iambus pes est, constans duabus syllabis, priore
breui, posteriore longa, dicente Horatio: Syllaba lon-
ga breui subiecta uocatur Iambus. Erat olim fre-
quens in antiquis comœdijs, quibus carpebantur
hominum uita, ut ætatis nostræ satyris. Et carmen
ipsum Iambicum erat conuitiosum & maledictum.

Ianua.

Dura, oppressulata, ærea, crudelis,
firma, ferrea.

Ianuarius.

Ianus. Brumalis, ninguidus, gelidus, torpēs, sterilis,
Ianus apud uetustissimos illos Italiæ populos fer-
rum & syluestrem cultum in urbanū ciuilemque mu-
tauit, in cuius rei memoriam sacrum ei fecere primū
hunc mensem.

Ianus.

Ianus.

Bifrons, belliger, matutinus, anceps, biceps, biformis, sacer, patulius, clauiger, geminus, pacificus, antiquus, quirinus.

Ianus rex fuit Italiae autore Macrobio, qui creditur geminā faciē prætulisse, ut quæ ante quæq; post tergum essent intueretur. Quod ad regis prudentiā solertiāq; referendum est, qui & præterita nosceret, & prospiceret futura. Vnde & bifrons dicitur: uel quod annus ex se initium faciens occurrat fini. Hic Ianus Saturnum clasē prouectum excepit hospitio, amboq; unā regnarūt concordēs, uicinaq; oppida, opera communi condiderunt. Mythici referunt eo regnante omnium domos religione ac sanctitate fuisse munitas.

Iapetus.

Trux. Filius Cæli & Terræ, et Promethei pater. Iapetus.

Iasion.

Mitis. Iasius autem seu Iasion, fuit puer à Cerere Iasion. uehementer dilectus.

Iason.

Candidus, clarus, æsonides, Aesone natus, hæmonius, pagæseus, peregrinus, fallax, efferus, asper, thessalicus, thessalus, albanus, achiuus.
superbus.

superbus, trux, magnanimus, nimus, pædō,
armipotens, periurus, phææus, æsonius,
formosus, perfidus, acer.

Iason. Iason filius fuit Aesonis fratris Pelæ regis Theſſalæ, qui collecta iuuenum expeditorū manu, Colchos ad rapiendum uellus aureum profectus est; ibiq; adamatū à Medea filia Actæ regis Colchorū ex qua liberos suscepit, quos illa demum interfecit, egreſſerens super inductā sibi Creusam filiā Creontis. Amavit & Hipsyphilen Thoantis regis filiā, quam susceptā iam prole, reliquit eadem perfidatā.

Iaspis.

Fulua, coa, uiridis, rutila, effulgens, uirens,
tercs, pulchra, præclara.

Iberia.

Ferax, uenenifera, discolor.

Iberia. Iberia regio ab Ibero amne primū cognominata est, demum ab Hispalo Hispania, autore Iustino.

Iberus.

Diues, tartesiacus, uelivolus, au-
rifer, extremus.

Iberus. Iberus fluuius est ulterioris Hispaniæ, qui regioni fecit nomen. Cantabros alluit, & balæaricum ingreditur mare. Iber quoq; tertiæ declinationis legitur pro populo Armeniæ.

Iberi

Iberi.

Feris, Lucan. lib. 2. Duri, Lucan. libro 6. Iberi
 id est Hispanus: quoniam Iberes populi sunt in
 Armenia. Val. Flac. lib. 5.

Icarus.

Infelix, dædaleus, audax, temerarius,
 dædalides.

Filius fuit Dædali, qui metu Minois fugiens à Cre
 ta, fretus alarum quas fecerat pater, fiducia, dum al
 tius in auras euolaret, liquefactis à sole pennis cæ
 reis, in mare cecidit, quod ab eius ruina Icarum
 cœpit dici.

Ichneumon.

Perniciosus, cautus.

Serpens est peculiaris Aegypto, qui aspidē odit Ichneum
 usq; ad bellū cuius oua sectatur, et inuenta perdit, mon
 ut à foetu sibi timere desinat.

Ictus.

Validus, mortifer, uehemens, durus, resolu
 nus, læthifer, crepitans, læthalis, uentosus,
 fortis, horrificus, resultans, incitatus, flam
 meus, uiolentus, sonorus, bombifer,
 hornisonus.

Ida.

Phrygia, frondosa, aquosa, humida, umbrosa,
 ardua, amoena, opaca, sacra, alta, pinifera,
 cliuosa, nemorosa, dardania, gelida, rhoetia, se-
 cunda, multifons, frondifera, sigea, cupressi-
 fera, iliaca, dardana, phœbea, uiridis, peri-
 fida, iniusta, ærisona.

Ida. Mons est Phrygiæ, aquis & fontibus abundans.
 Ex quorum duobus Scamander & Simois scatur-
 riunt. In hoc monte Paris sententiam tulit pro Ve-
 nere de pomo aureo aduersus Palladē & Iunonē.

Ida Cretensis.

Cretæa. Virg. lib. 12. Aërisona.

Idalium.

Idalium. Frondosum. Nemus est Cypri, sacrum Veneri,
 que propterea uocatur Idalia.

Idolum.

Profanum, Vanum.

Idume.

Palmifera, florens, ferax, fragrans,
 dis, opulenta.

Idume. Vrbs est Phœnicie palmarum fertilitate
 luxurians.

Iecur.

Calidum, palpitan, feruens.

Ieiunium.

Languidū, triste, atrum, durum, improbum.

Iesus.

Salutifer, clarus, uictor, nazarenus.

Ignauia.

Torpens, deses, turpis, languida, mater somni, serpens humi, titubans, incers.

Ignis.

Torridus, liquidus, rutilus, avidus, edax, fumifer, siccus, thuricremus, coruscus, celer, penetrans, aestifer, subtilis, calidus, tremulus, uolans, flammeus, leuis, fumificus, nitidus, infestus, ater, rapidus, odoratus, etneus, feruidus, uulcanius, impius, auarus, aestiuus, roseus, acutus, uorax, effluus, uolucer, festiuus, radians, perspicuus, resonans, uagus, incandens, flammatus, fumans, uiolentus, rubens, lucidus, ardens, flagrans, splendidus, amorifer, acer, uulnificus, flammans, flammiger, flammiuomus, lemniacus, flammifer, uigil, fumosus, micans, omnicremus, punicus, pendulus, nebulosus.

Ignominia.

Ignominia.

Ignomi/ Damnoſa, Strozius Pater. Damnoſamq; ignomi
nia. niam, cladesq; cruentas.

Ignorantia.

Ignoran/ Stupida, Budæus. Sed ſtupidam eorum ignoran
tia. tiam aut incuriam diſſolutam intuenti.

Ilerda.

Aprica, alta. Vrbs eſt Hiſpanie.

Illecebræ.

Dulces, blandæ, fallaces, facinoroſæ, dolosæ
molles, concubinales, ſuaues, inanes, petul
lantes, muliebres, enervæ, mites, foemineæ.

Ilex.

Cava, nigra, frondens, opaca, littorea, no
doſa, tremens, uiridis, ramoſa, curuata,
umbroſa, hirsuta, plena ſauis, alta, atra,
patula, triftis.

Ilex.

Ilex arbor eſt glandifera, in cuius genere duplex
reperi ſexus dicitur. Folia habet aculeata, quæ nõ
decidunt. Glandem breuem et gracilem, nullo flore
exhilaratur. Nouus in ea fructus cum autumnno per
det. Non naſcitur circa Elim & Lacedæmonem,
propterea incolæ in carpentarijs fabricis eius loco
utuntur ſubere. Ciuica corona primo fuit illignea
poſtea magis placuit ex eſculo.

Ille

Ilia.

Troica, Romana, dardania, martia.

Fuit Ilia Numitoris Albanorum regis filia, quã Amulius Pulso iam Numitore fratre, & interfecto eiusdem filio Lauso, uestalem fecit, ut habende pro-
lis occasionem adimeret, & ne quid superesset, de progenie Numitoris. Veruntamẽ Ilia fato quodam à Marte oppressa, Remum & Romulum fratres gemellos concepit, quos Numitor iussit interfici, & eorum matrem Iliam defodi uiuam propè Tyberim, Vnde & Tyberi fluuio nupsisse fingitur, & Tyberis ea causa uocatur amnis uxorius Iliæ, apud Hora lib. 1. Carm. Ceterum ministri qui pueros occidendos portauerant uisa lupa territi aufugerunt relictis in Tyberis ripa infantulis, quos fera pro suis catulis educaſse fertur. Adulti demum Numitorem restituerunt in regnum.

Ilia.

Graſſa, Polit. Et castigatum cohibent craſſa ilia uentrem.
Ventosa, Mant. Nunc uentosa tuum, nunc contrahit ilia status.

Ilium,

Sacrum, crematũ, uſtum, ſuperbum, altum.

Illuuiēs.

Fœda, immunda, obscœna.

Illyria.

Gelida, Propert. libro. 1. Illyrium seu Illyria regio est Epiro contermina propinqua Italia, ab Illyrio Polyphemi filio denominata.

Imago.

Aurata, cœrea, ærea, picta, exculpta, decoris lucida, culta.

Imber.

Ater, frigidus, fœcundus, fluuius, cœruleus, effusus, turbidus, deucalionæus, hibernus, edax, intempestiuus, gelidus, uagus, humidus, nym-
bosus, æquoreus, uentosus, insanus, saxeus, repentinus, spumeus, effluus, largificus, seuus, madens, saxatilis, infestus, defluus, fluuiialis
sonorus, niger, uiuificus, niuosus, aquosus, fluidus, præceps, uligineus, terrificus, decol-
lor, obscurus, stridens,

Immanitas.

Barbara, horrida.

Imperium.

Durum, uiolentum, potens, manlianum, insol-
lens, superbum.

Impensa

Impensa.

Profunda, Claudian. Magnarū nec parcus opum
geminare profundas, Distulit impensas.

Impetus.

Amens, seuus, uiuidus, uastus, celer, pro/
cliuus, ualidus, acer, tremulus, minax, seuiōs
coloratus, furiosus, uesanus, uehemens, uiuus,
furibundus, demens, ferus, uiolentus, ferox,
iratus, furialis, effrenus, procellosus, ebulliens
citatus, hostilis, feruens, periculosus, inse/
stus, sceleratus, fremens, potens, sonorus,
dirus, præceps, alacer, stridens, uagus,
mauortius.

Impietas.

Crudelis, ingeniosa, stulta, temeraria, cruda
fera, dira, atrox.

Impostura.

Magica, Theodoritus. imposturasq; magicas ab
eisdem perdocti sacrificijs magistros suos, alijsq; ri/
tibus colucrunt.

Improbitas.

Impia, odiosa.

Impudentia.

Infelix, impudica.

u

z

Inachus

Inachus.

Antiquus, argiuus. Fuit Argiuorum rex primus
cuius filia fuit Io.

Inarime.

Inarime. Ardens, Inarime insula Campanie flammis olivo
eructans, sub qua sepultus fertur Typhoeus gigas,
Virg. Inarime, Iouis imperijs imposta Typhæo.

Incendium.

Impium, uagum, uulcanium, atrum, asperum,
dirum, furens, uesanum, potens, furis
bundum, triste, fumosum, flammatum, sanum
nigrum, clarum.

Incessus.

Pomposus, Sidonius. Splendor in phalaris, pompo
sus incessus, animus serius.

Incestus.

Nefandus, Pontanus scetat incoestu acris qui
nefando.

Inclementia.

Seua, dira.

Incommodum.

Triste, damnosum, acerbum.

Incunabula.

Tenera, Mant. Sed infantum tenera incunabula
& ipsas infantium matres.

Incuria.

Dissoluta. Budæus. Sed stupidam eorum ignorantiam aut incuriam dissolutam intuenti.

Incurfus.

Vagus, subitus.

Incus.

Sicula, æolia, nigra, horrifona, rigida.

Indago.

Curiosa, uigil, solers.

Indi.

Colorati, sitientes, positi sub ignibus, depexi, decolores, Eoi, nigri, rubri, odorati, discolors, longæui, mennonij, fluxi, subditi Phœbo, olentes, fusci, odoriferi, extremis imbelles, ardentes, picti, usti, graciles, obscuri, longinqui, dites.

Indi populi sunt orientales, quorum regio tantæ Indi-
est amplitudinis, ut quinque oppidorum millia dicatur
habuisse. Nomen traxit ab Indo flumine uastissimo.
Abundant gemmis, herbis, unguentis, odoribus, et
plantis aromaticis. Vinum conficiunt ex palmis,
ex castaneis oleum, arboribus suis uescuntur, arun-
dines habent amplitudinis arboreæ. Pane utuntur
bordeacco. Corpora usque ad pedes carbasis uelant.

Soleis pedes, capita linteis uinciunt, lapilli ex auribus pendent, brachia & lacertos auro colunt &c.

India.

Diues, decolor, thyrsifera, discolor, prodiga, nigra, tosta.

Indignatio.

Indignatio Præceps, Architrenius. Verum par tumidis uenit indignatio præceps.

Indoles.

Egregia, generosa, leta.

Indulgentia.

Blanda, mitis.

Industria.

Solers, sedula, antelucana, uigilans, sagax, audax.

Inertia.

Sepulta, mollis, stolidas, degener, lasciuas, parca laboris, languida, tarda, cœnosa.

Infans.

Paruus, flebilis, uagiens, tener, blandus, credulus, stolidus, tener, paruulus.

Infantia.

Lactens, uagiens, primæua, cruda.

Infamia.

EPITHETA.

312

Infamia.

Horribilis, maculosa, lupanaris.

Inferiæ.

Miseræ, tristes.

Infernus.

Ater, opacus.

Infortunium.

Graue, crudum, durum, crudele.

Insula.

Lancea, alba, sacrata, pulchra, longa.

Insule dicebantur fasciæ factæ instar diademati, Insule.
 in quibus utrinque dependebant uittæ. Insulati dicuntur insulis ornati.

Ingenium.

Sollers, uelox, acutum, præstans, perspicax, acre, memor, astutum, uersatile, sagax, mobile, uegetum, docile, diuinum, candidum, amœnum, uiuax, præclarum, dædalcum, fertile, penetrabile.

Ingluuiæ.

Atra, uorax, profunda, fœda, inexplebilis, improba, dira, lurida, patens, acerba, ebria.

Inguen.

Setosum, obscœuum, rubrum, tumidum, crassum, udum. u 4 Inimicitia.

Inimicitia.

Trux, uipera, hostilis, acerba, grauis.

Iniuria.

Arox, intolerabilis.

Ino.

Flebilis, nutrix Bacchi, cadmeia.

Ino, Ino filia fuit Cadmi et Hermiones, et uxor Athamantis regis Thebarum, quem quum uidisset raptum furijs, & Learchum filium occidisse, cum altero filio Melicerto fugam arripuit, & sese in mare precipitauit. Poetae finxerunt ambos postmodum factos fuisse deos marinos.

Insania.

Scelerata, praecipua, furibunda, miseranda, feruens, titubans, crucians, rabida.

Inscitia.

Rudis. Socrates dicere solebat unicum esse bonum scientiam, malum unicum inscitiam.

Insidia.

Clandestine, nefarie, latentes, turpes, fallaces, nefande, bilingues, uiperine, hostiles, iniquae, sauae, obscurae, truces, preparatae, crudeliter, abscondita.

Insolentia.

Insolentia.

Superbiens, Petrus Crinitus. Superbienti
tumidus insolentia.

Instita.

Serica, longa. Tenuis est fasciola, quæ imam
partem stolæ ambit. Instita.

Institor.

Fallax. Pontanus. Institor & fallax, ales, &
ipse rapax. Institor.

Infubria.

Audax. Est regio Gallie cisalpina.

Insula.

Nemorosa, saxosa.

Insultus.

Repentinus, subitus.

Integritas.

Illibata. Colu. lib. 9. Illibatam seruant
integritatem. Integritas.

Interitus.

Fatalis, grauis, infelix.

Intybus.

Syluestris, agrestis. Herba est capillosa, &
amara, cuius tenues capilli segetes ambiunt &
enecant.

Inuentores.

Inuētores. Ingeniosi. *Bulæus.* Qui rerum noxiarū inuentores ingeniosi & solertes uideri populari paupere non uerentur.

Inuidia.

Obliqua, acris, nefaria, gliscens, noxia, seuiens, exitiabilis, praua, agra, trux, inferlix, inhumana, minax, furens, pectibilis, inexpiabilis, ardens, fascinatoria, iniqua, tristis, degener, cæca, pallida, mordax, liuens, loquax, morbificas, oblimans, comes uirtutis.

Inula.

Tristis. *Colu. lib. ii. Capparis & tristes inula, ferulaq; minaces.* Nomen est herbe.

Io.

Vaga, candida, memphitis.

Io. Filia fuit Inachi regis Argiuorū, quam Iuppiter adamauit, & ne Iuno cognosceret furtiuos amores cōmutauit in uaccam, cui tamen Iuno, suspicata id quod erat, custodem adhibuit Argum pastore censitoculum, quem demum Iouis mandato Mercurius interfecit. Eadem Io postmodum uocata est Isis, ab Aegyptijs habita pro numine.

Iocua.

Iocus.

Scurrilis, liberalis, ridiculus, uenenatus, iucundus, dulcis, latus, furtiuus, ridens, hilaris, lasciuus, blandiloquus, blandus, ornatus, mollis, gratus, leuis, solutus, petulcus, cupidineus, uenustus, lepidus, argutus, alacer, pellax, placidus, humilis, idalius, cecropius, insanus, urēs.

Iole.

Eurytis. Filia Euryti regis Oechaliae, Coae, Ouid. Iole. libro 9. Hanc Iolen usq; adeo adamauit Hercules, ut eius imperio transformatus in mulierem, fusos et lanas robustis manibus tractauerit.

Ionia.

Mollis. Quoniam Iones Asiatici populi fuerunt Iones. admodum occupati delitijs, primi q; unguenti & coronarum in conuiujs dandarum, et secunda mensae consuetudinem reppererunt. Hinc Horatius appellat motus Ionicos, id est, effœminatos.

Diues Ouid. lib. 6. Fast.

Iopas.

Crimitus, iucundus, pulcher. Nomen est Iopas citharœdi.

Ioseph.

Formosus, fatidicus, cananeus.

Iphigeniæ

Iphigenia.

Iphige/
nia.

Mycenis, pelopeia, agamennonica, iphigianassa.
 Filia fuit Agamennonis & Clytemnestrae, quam
 quum Graeci ad expeditionem Troianā profecturi
 immolare uellent, ad impetrandum prosperum uen-
 tum, Diana cuius erat sacerdos, pro ea ceruam sup-
 posuit, quam illi uictimarunt. Propert. lib 3.

Ira.

Acerba, uiolenta, bellatrix, effera, rapida,
 implacabilis, bacchans, odij parens, saeva, san-
 guinea, undans, rapida, acris, ultrix, im-
 pia, stygia, improba, audax, noxia, insana,
 discors, immanis, spumans, commota, indol-
 mita, proterua, uenenosa, litigiosa, inquietas,
 tristis, horribilis, calida, cruenta, capitalis,
 tumida, feruens, memor, caeca, trux, mox-
 sta, accensa, mobilis, fulminea, praecipua, sa-
 da, armigera, rubens, prompta, crudelis,
 terribilis, hirta, ardens, furens, fremens,
 uiuax, minax, austera, indecor, uitiosa, hor-
 rida, atrox, foeta curis, hostilis, infrenis,
 ferox, flagrans, phlegetontea, impatiens,
 tartarica, grauis, flammigerans, formidabilis,
 sceler, fulguratus, flammata, tort.

Iracundia

Iracundia.

Præcept. Theodoritus Cirenſis. Illud enim fuit Iracundia.
 præcipitis iracundiæ factum, hoc autem ſuprema cu
 iuſdam maliciæ.

Iris.

Taumantis, nuntia Iunonis, rigida, tauman/
 tias, æria, iunonia, taumantæa, ſuccincta nu
 bibus, diſcolor, creatrix nymborū, imbrifera,
 grauis, uelox, uolucris, cincta nymbis, cur/
 uata, multicolor, nata Athamantis, decora, uida.

Iris, ut uolunt poëtæ, Taumantis fuit filia, nun/
 tia Iunonis, quam & pleriq; accipiunt pro arcu cœ
 leſti, qui certiffimam promittit pluuiam.

Irus.

Binominis, famelicus, miſer, inops,
 dubychiuſ, egeus.

Irus fuit Ithaceniſis pauperrimus, unus ex procis Irus.
 Penelopeſ, quem Ulyſſes reuerſus ab expeditione
 Troiana iſtu pugni interfecit. De hoc Martialis li
 bro decimo & duodecimo.

Iſis.

Inachia, pharia, linigena, linigera, niligena,
 memphitiſ, inachiſ, niliaca, argiua, uaga,
 phoronis, argolica, profuga, iſiaca.

Fuit Iſis.

Isis. Fuit Isis filia Inachi regis Argiuorum in uaccam
à Ioue mutata, quam Aegyptij pro dea coluerunt.
Sacra eius uocabatur isiacæ, ei immolabatur anser.

Isinarius.

Ismarus. Nymbosus, Mons est Thraciæ, quem Orpheus
incoluit.

Isimenos.

Celer. Ouid lib. 2. Metæ. Rapidus fluvius est
Bœotiæ.

Ister.

Turbidus, scythicus, multifidus, latus, bino-
minis, gelidus, barbarus, frigidus, septenus,
septemgeminus, toruus, undans, opacus, sa-
uus, septemplex., capens, torrens, uagus,
mauortius, sinuatus, magnus, rigidus, septi-
fidus, fluctuagus, babylonius, sonans, cur-
rens, glacialis, corniger, germanicus, spu-
mans, uastus, undisonans, reticus, arcticus,
algidus.

Ister. Fluvius est Scythiæ, qui alio nomine uocatur Da-
nubius, ut supra diximus. Diuiditur in septem ostia
autore Strabone.

Isthmos.

Gracilis, bimaris, sisyphius, doricus, diues,
angustus, exilis, tenuis. *Isthmos*

Isthmos.

Isthmos angustissima est terra quatuor millium
 spatio, Aegeum mare ab Ionio separans. Et hic uo-
 catur corinthiacus, quoniam super hoc fuit Corin-
 thus. Est & alter Thracius, cuius littora, urbes,
 utrinque secus ostentant. Isthmum perfodere prouer-
 biali figura dicuntur, qui aliquid magno quidem co-
 natu, sed tamen irrito moliuntur: quia complures,
 ut Demetrius rex, Caesar dictator, & Nero adorti
 sunt perfodere Isthmum corinthiacum, sed infuisto,
 ut omnium patuit, exitu incepto.

Itali.

Superbi, praesulgidi.

Italia.

Saturnia, grauida, bellis, fertilis, terrarum
 alumna, fortunata, potens, decora, armen-
 tosa, sceptrifera, bellifera, frequens urbibus,
 pulchra, populosa.

Italia dicta est ab Italo rege, quum prius uocaretur Itulia.
 Hesperia magna, ab Oenotrijs populis, Oenotria,
 à Saturno Saturnia.

Ithome.

Montana. Statius lib. 4. Theb. Arx est Messenes Ithome.
 urbis Messeniae.

Ithys.

Ithys.

Ismarius, threicius, tristis.

Ithys. Filius fuit Terei regis Daulidis oppidi Phocensium ex Progne filia Pandionis regis Athenarum interfectus à matre, & datus Tereo in cibum, quod ille Philomelam uxoris suæ Prognæ sororem adulerasset. Omnes postea deorum uoluntate in aues commutati sunt. Progne in hirundinē, Philomela in luciniam, Tereus in upupā, Ithys in phasianū.

Iuba.

Comans, rigens, terribilis, rigida, minax, horrens, hirta, rutila, flaua, hirsuta.

Iubar.

Rubens, clarum, flammiferum, rubrum, tremulum, nitidum, multifidum, æstiuum, rutilum, igniferum, purpureum, coruscum, flammicolum, auratum, syderale, illustre, formosum, perspicuum, candidum, limpidum, sublime, effulgens, solare, flammicomum, cœleste, apollineum, niueum, auricomū, astrifugū, ardens.

Iubas.

Sceptifer, infidus, maurus, cinyphius, magnanimus, potens, pompeianus.

Rex

Rex fuit Maurorum qui, quod Pompeio fauisset
 à C. Cæsaris superatus, mortem sibi consciuit, ne in
 triumphum duceretur. Cuius filius admodum puer
 loco patris ductus est.

Iudas.

Furens, nefandus, iniquus, auarus, proditor,
 scelestus, truculentus.

Notum est omnibus, ut Iudas auaritia stimulan-
 te redemptorem humani generis exili pecunia uena-
 lem exposuerit, ac demum desperata tanti sceleris ue-
 nia laqueo se suffocauerit.

Iudæa.

Tenax, id est heresi pertinax.

Iudæi.

Apelle, curti, recutiti, superstitiosi, profani,
 leuigene, infidi, ingrati, uerpi.

Iudex

Catonianus, durus, seuerus, tetricus, grauis
 terribilis, pellitus, ingeniosus, incorruptus.

Iudicium

Acre, graue, horrificum, peracres, censorium.

Iudith.

Iudæa, Mant, Ecce rat ingenium Pallas, iudæa uir-
 rago, Ingentes animos &c.

IOANRAVISII.

Iugera.

Florida, culta, pinguis, aprica, dumosa, herbosa

Iugum.

Loratum, plaustrarium, aheneum, turpe, curuum, pandum, asperum, exitiale, triste, ferreum, sordidum, intolerabile, scruiile, insuauue, curtum.

Iugum montis.

Accliuum, montanum, frondosum, saxosum, nemorosum, frondeum, asperum, aquosum, pinicum, comans, sentum, florcum, preruptum, niuosum, frondens, sublime, arduum, piniferum, apricum, saltuosum, uernans, aerium, tetricum, decliue, cliuosum, muscosum, spinosum, herbosum, syluosum, montosum, fructiferum

Iugurtha

Triumphans, immanis, nasamonius, terribilis

Iulius

Feruidus, aestifer. Hic mensis prius uocabatur Quintilis quod esset quintus in ordine, quo tempore annus decem constabat mensibus, postea denominatus est Iulius à Dictatore Cesare.

Iulus

Regius, dardanius, anides, phrygius, formo

formosus, pulcher, sacer.

Iumentum.

Dossuarium, M. Varro lib. 2. de re Rustica eleganti uocabulo dissuaria iumenta uocat, quod onus dorso ferre possint.

Iuncus.

Lacustris, palustris, limosus, mollis, sterilis contortus, tenuis, bibulus, odoratus, leuis, teres, fluuiialis, ceruleus, acutus.

Iuniperus.

Viridis, impenetrabilis, uirens.

Arbor est frequens in locis arenosis. Viret coma perpetua, cariem non sentit aut uetustatem, non floret. Eadem illi uirtus quæ & cedro, sed medulla eius ubiq; solidior est quàm cedri. Lignū apprime durū. Vasta est in Hispania maximisque baccis, montes amat, spinas habet pro folijs, flexuosa est, & intricata. Combusta odorem reddit, & pollutum purgat aërem

Iuniperus.

Iuno.

Regia, saturnia, argiua, lucina, lacinia, pronuba, omnipotens, gabina, moneta, feronia, zigis, iniqua, sancta, profumna, sceptrifera, romana, altitonans, argolica, acerba, grauis, lucetia

x 2 pel. s. g.

Pelasga, tumida, unxia, iterduca, Socigena,
 populonia, cinxia, matrona, fluonia, februa,
 samia, fossita, pharygaa, acrea, hera.

Iuno.

Iuno (ut poëta fabulantur) Saturni fuit filius so-
 ror et coniunx Iouis, dea regnorū et diuitiarū nubē
 tibus præstet & parturientibus. Vnde pronuba, luci-
 na et coniugia uocatur Nymphas habet pedisequas
 Filiā habuit Heben, quā comestis syluestribus lactu-
 cis fertur concepisse. Vulcanum ex Ioue peperit.

Iuppiter.

Chaonius, dictæus coruscus, omnipotens, rex
 coelicolum, saturnius, Idæus, anxurus, mag-
 nanimus, latialis, taranis, castus, corniger, da-
 palis, diespiter, fulminans, tonans, inuictus,
 olympius, lucetius, procerus olympicus, capi-
 tolinus, ceneus, panomphaeus, elicius, tarpe-
 ius, latius, adulter, herceus, lybicus, gny-
 dius, piseus, molosus, minax, scuerus, agno-
 reus, ausonius, phidiacus, feretrius, pluuius,
 cæus, æthereus, genetæus, foecundus, terrifi-
 gena, altipotens, astrisonus, prouidus, saturni-
 benignus, mitis. sceptriger, maculosus, salax
 creticus, terribilis, coruscans, fulmineus, om-
 nipotens

potens, ultor, fulminator, arduus, equus,
 magnanimus, altisonans, fulminiger, omnis
 procus, omniparens, scaptrifer, ægiocus, cur
 stitenuus, incestus, phrygius, lasciuus, theuta
 tes, opulentus, æuternus, elysius, perpetuus,
 omniuolus, minianus, præpotens, dodoneus,
 stator, optimus, romanus, magnus, antiquus,
 eleus, xenius, elacateus, cunctitonans, Itho/
 mius, heliopolites.

Iuppiter.

Tertullianus scribit trecentos Ioues enumeratos
 à M. Varrone. Saturni fingitur filius, deorum sum/
 mus, coelo præesse, parente pulso, ibiq; fulminare.
 Natus est eodem cum Iunone partu in Creta insu/
 la, ibiq; nutritus à Curetibus pulsantibus tympana,
 ne puer uagiēs audiretur à Saturno, qui filios suos
 deuorabat. Educatus est caprino lacte ab Amal/
 thea & Melissa nutricibus. Hinc orta fabula, quæ
 poeta nutritum à capra fabulati sunt.

Iurgium.

Insanū, ferum, difficile, asperum, rabiosum,
 malum, probrosum, improbum, clamosum,
 nefandum, uesanum, durum, litigiosum.

Ius.

Arctum, rigidum, sacratum, sanctum, seuerū,
 clamosum, litigiosum, integrū.

Iustitia.

Potens, salubris, astra, sacra, inuiolata,
aurea, inculpata, sancta, equa, diuina, cae-
lestis, seuera, tenax, adrastra, prienensis.

Iustitiae dif-
finitio.

Iustitia, inquit Cicero, est equitas unicuique tri-
buens pro dignitate cuiusq;. Eius fundamentum est
fides. i. dictorum conuentorumq; constantia et ueritas.

Iustitium.

Ferale, triste.

Iustitium.

Iustitium est iuris dicendi intermissio, ob publicam
calamitatem aut luctum, dictum quasi iuris statio. Sol-
lebat autem id iudici in publico luctu.

Iuuenalis.

Facundus, Aquinas, turgidus.

Iuuenalis.

Decius Iunius Iuuenalis patria fuit Aquinas. Na-
tus est patre Libertino. Floruit imperante Domi-
tiano. Praeceptorem habuit Frontonem grammati-
cum. Operam dedit scribendis Satyris, & carpent-
dis hominum uitijs, mutuo amore coluit Martialis.

Iuuenca.

Cornigera, mollis.

Iuueni.

Tardi, ualidi, fortes, torui, laboriferi, rudes,
teneri, difficiles, rabidi, dociles, insani, in-
stantes,

stantes, profugi, fulminei, aratores, olidi,
saginati, audaces, pingues, ruricola.

Iuuenes.

Feruidi, elegantes, pubescentes, petulci, pro-
caces, imberbes, barbatuli.

Iuuentus.

Patiens, florens, audax, ceca, rudis, dul-
cis, leuis, imbellis, prauidocilis, docilis, pro-
uida, gnaua, uiridis, generosa, calida, su-
riata, fulgens, ignaua, primaeva, pubescens,
tenera, pulchra, ualida, effrena, uaga, rosca,
radians, petulans, ignea, procax, nitida, fron-
descens, uirens, leta, intonsa, culta, formosa,
acris, ingeniosa, mitis, incauta, profuga,
fragilis, cerita, insana, imberbis, flagrans,
lasciua, ardens, alacris, flagrans, lasciuia,
ardens, alacris, altrix scelerum, animosa, sto-
lida, pubens, effrenis, neruosa, mollis, robu-
sta, stulta, reses, uernans, hilaris, delicata,
libidinosa.

Ixion.

Perfidus, thessalus, dirus, impius, miser.

Ixionē Thessalū apud inferos perpetua rota uolui Ixion.
dicunt, quod gloriaretur se iacuisse cum Iunone.

Tibullus lib. 10.

Epitheta

Rauisij de litera L.

L Abes.Pestifera, turpis, nigra, impura, sordida,
maligna, noxia, perniciofa.**L**abor.Improbus, durus, mœstus, austerus, inquietus,
ærumnabilis, acer, diligens, sisyphius, catenatus,
prædurus, peruigil, noctiuagus, incessabilis,
statarius, sedulus, ærumnalis, eger, lucrificus,
uigil, sollers, anxius, rigidus, honorifer, insomnis,
ærumnosus, sudatus, miser, artifex, herculeus,
officiosus, grauis, operosus.**L**abrum.Tenerum, molle, modicum, purpureum, roseum,
blandum, tremulum, crepitans, turgens, humidulum,
pressulum, rosidulũ, mordax, strictum, promulum,
suauifluum, dulces, floridum, blandiloquum,
mellifluum, coralium, decorum, argutum, tenue,
letum, tenellum, coralinum, uulgiuum, punicum,
amabile, cupidum, pæstanum, flammeum, succiplenum,
uidum, hians.

Labrum.

Labrum, uas.

Ferreum, ahenum, balneare.

Labrusca.

Syluestris, sterilis.

Labyrinthus.

Curuus, recuruus, inextricabilis, secretus,
monstrosus, cecus, dædaleus.

Labyrinthus domus fuit in Creta facta à Dædalo Laberyn-
tanta uiarum perplexitate, ut introeuntibus nõ pas- hus.
teret reditus. Fuit & Aegyptius labyrinthus lapi-
deis è paro columnis in introitu, reliquis syenitis.
Fuit & tertius in Lemno, & quartus in Italia, om-
nes lapide polito, fornicibus tecti.

Labici.

Picti, Quoniam utebantur scutis pictis. Populi Labici.
fuerunt in Italia denominati à Glauco Labico Mi-
nois filio.

Lac.

Ouilum, dulce, uaccinum, tepidum, niueum,
hædinum, nutans, tremulum, liquens, amit-
cum, fumans, candens, tenerum, pluuium,
lachrymans, purum.

Lacedæmon.

Libidinosa, armipotens, prisca, clara, nuda,
seuera, patiens.

x s Vrbs

**Lacedæ-
mon.**

Vrbs fuit Peloponnesi, quæ alio nomine Sparta dicta est. Et habitatores eius Lacedæmones, Spartani & spartiate uocati sunt: populi quidem olim egregij bellis, qui laboribus erudiebant iuuentutem, ut nando, currendo, esuriendo, algendo, aestuando.

Lacerna.

Tyria, agonora, purpurea, coea, fulgens, pinguis, aurata.

Lacerna.

Lacerna uestis erat militaris & coccinea. Erant & lacernæ albæ, quibus ueteres utebantur in spectaculis & ad usus theatrales. Lacernati dicuntur Lacerna induti.

Lacerti & Lacertæ.

Fortes, ualidi, teneri, teretes, niuci, molles, candentes, cupidi.

Lachesis.

Lachesis.

Dura, inuida, ferrea, immitis, immanis. Vna est Parcarum, quæ fingitur metiri uitam hominum suis fisis & staminibus.

Lachrymæ.

Manantes, falsæ, rorantes, cadentes, piæ, rigantes, turpes, tristes, amara, simonidea, rudes, lugentes, uide, tinselle, amara, funebres, teneræ, misera, mites, egra, mœstæ, madida,

malide, feruida, graues, acres, tepentes,
 stillantes, redundantes, loquentes, fluentes,
 uaporifere, deiecte.

Lacones.

Breui loqui. Thomas Radinus. Breui loquos **Lacones.**
 apud Lacones nobilissima ciuitas Sparta, uel alio
 nomine Lacedæmon. Hinc Laconismus breue dictū.

Lactuca.

Frendens, syluestris, sessilis, uiridis, mollis.

Plinius lib. 19. ait lactucas in binos pedes aliquan- **Lactuca.**
 do se pandere, sed in Circelensi agro amplissimas
 prouenire. Antiqui lactucis utebantur in fine cœ-
 narum, quod insita frigiditate retundāt ebrietatē.

Lacuna.

Caua, tepens, salsa, uasta, bibula, foeda,
 piscosa, uida, limosa, cærulea, crassa, incers,
 deuexa, inundans, picea, pigra, tristis.

Lacunar.

Vuidum, pictum, excelsum.

Lacus.

Gelidus, limosus, cœnosus, patulus, torpens,
 cauius, sonorus, tranquillus, imus, segnis, ma-
 didus, nititus, flumineus, defluus, uoraginosus,
 ulnosus,

ulnosus, liquidus, latus, humens, tumidus,
perspicuus, uastus, piscosus, cauernosus, un-
dans, uitreus, foedus, cerulus.

Ladon.

Arenosus, rapax, apollineus, parrasius, castus
pythius. Fluvius est Arcadie sacer Apollini.

Læander.

Abydenus, ephēbus, audax, naufragus, pul-
cher, infelix, miser.

Læander. Læander fuit speciosus puer ex Abydo, qui quum
in Seston urbem non multum remotam noctu nau-
taret ad amasiam suã Hero, tempestate suborta per-
riclitatus est. Ouid lib. 3. Trist.

Læda.

Pulchra, sæcunda, formosa, can-
dida, graia.

Læda. Læda uxor fuit Tyndari regis Laconie, quã Iupit-
er in cyenum mutatus adulterasse fertur, & ex
ea suscepisse Castorem, Pollucem, Helenã, & Cly-
temnestram. Ouid. lib. 6.

Lænauestis.

Candida, ignea. Erat læna uestimentum, quod
superponebatur tunicis omnibus. Græci epigram-
phon dixere. Ab huius uestis usu nomen traxerunt
Lænates Romani.

Lacertes.

Laertes.

Socer Penelopes, quia fuit pater Ulyſſis, qui pro-
pterea uocatur Laërtides. Ouid. lib. 7. Meta.

Læticia.

Luxuriosa, mutabilis, sonans, dulcis,
gestiens, exultans.

Lagena.

Habilis, catenata, fumosa, spoletina, dulcis,
rapida, saguntina.

Vas est fictile ad formam hydriae, à tereti enim Lagena.
collo distenta laxitas sensim ad imum gracilescit.

Lagois.

Peregrina. Horat. in Serm. Nec scarus, aut po- Lagois.
terit peregrina iuuare lagois. Genus est piscis
et auis.

Lagopus.

Aurita. Mart. lib 7. Si mens aurita gaudet lago/ Lagopus.
pode Flaccus. Auis est leporino uillo ptdes habens

Lagus.

Pharius, pelusiacus.

Pater fuit Ptolomæi successoris Alexandri, cui Lagus.
Philadelphus successit in regno.

Lais.

Ephyreia, ephyrea, famosa.

Lais

Lais. Lais meretrix fuit elegantissima, quæ ex Sicilia deducta est Peloponnesum, habitavitq; Corinthi, unde uocata est Corinthia. Ad hanc ditissimi quique adolescentes ex tota Græcia turmatim confluebant, neq; admittebatur quisquam, nisi qui dabat, quod poposcerat. Et quum aliquando petisset à Demosthene decem millia drachmarum: Pœnitere tanti non emo, respondit philosophus.

Laius.

Laius. Labdacides, Filius Labdaci regis Thebarum, et pater Oedipi, interfectus ab ipso filio patrem non agnoscente, Sceptri fer.

Lambrus.

Insuper, pauperaque, ulnosus,
Fluuus est Insubriae.

Lamentum.

Spirans, miserum, moestum, turbidum, clarum,
foemineum, querulum, triste, miserandum,
asperum, durum.

Lamina.

Mollis, tenuis, arca, flexilis, bracteata.

Lampas.

Ardens, nocturna, ferrea, ignifera, rosca,
pinguis, corusca, fumans, ignea, rutilans,
fumifera

fumifera, clara, rutila, candens, æstifera, torrida, splendens, calens, rosida, tremula, nitens, flammigera, fulgida.

Lampia.

Candens, Stratus libro 4. Theb. Vrbs est Arca Lampia die constituta in montibus niuosis.

Lamus.

Lydus, Fuit enim filius Herculis & Omphales Lydus, regine Lydorum.

Lana.

Mollis, succida, rudis, medicata, bibula, tinela, sordida, lingonica, sequax, secunda, arachnea, tenuis, discolor, caledonia, canula, fina, textilis, calabra, attalica.

Lancea.

Torta, hispanica, uenatoria, atrox, improba, acris, longa, crudelis.

Langia.

Pigra, Statius lib. 2. Theb. Fons est in Nemea Langia. Sylua Arcadie.

Languor.

Piger, frigidulus, lothifer, noxius, amarus, iniquus, sepultus, grauis, somnifer, frigidus, acerbus, fractus, tristis.

Lanugo.

Lanugo.

Mollis, tenuis, æqua, ridens, gracilis, fructificans, tenera, noua.

Lanx.

Panda, librans, candida, fictilis, repanda, magna.

Lanx. Vas est latum & rotundum, minus excavatum quam patina. Apta erat lanx rebus diuinis.

Laodomia.

Laodomia Hæmonis, phylæcia, formosa, diuina. Laodomia puella fuit eximie formæ, quæ summopere adamauit Protefilaum, quem quum audisset cecidisse apud Troiam, tanto dolore intabuit, ut noluerit superuiuere. Priusquam tamen interiret, in solatium mœroris optauerat, ut mortui umbram uideret. Quod quum impetrasset, in illius amplexibus expirauit.

Laomedon.

Fraudulentus, Ideus.

Laomedon Rex fuit Troiæ, filius Ili & Priami pater, periturus, quia Neptuno & Apollini murorū Troiæ conditoribus pactam negauit mercedē. Qua causa indignati dii, filiam eius Hesionem ceto exposuerunt, quam Hercules occiso marino liberauit, & promissis sibi

sibi in premium præstantissimis cquis. Cui demum pacto quū non respondisset Laomedon, indignatus Hercules, illum subuertit.

Lapathos.

Lubrica, Columella lib. 11. Genus est oleris.

Lappa.

Tenax, rigida. Ouid. lib. 2. de Ponto.

Lapilli.

Virides, lybici, teretes, picti, peregrini, indici erithræi, perlucentes, saphirati, laeues, idassæi colorati, cyanæi, niuci, nitidi, nitentes, scythici, candiduli, eoi, preciosi, lucentes.

Lapis.

Asper, durus, rigidus, muscosus.

Lapithæ.

Centauri, seu, semiferi, sylvestres, peletonij, truces.

Populi fuerunt Theßalie, qui Pindū & Othrin montes habitauerunt. Capiuntur interim pro ipsis centauris.

Lapsus.

Mollis, celer, pronus, præceps, uolucer, uagus præpes, placidus.

Laquearia.

Celsa, corusca, aurca, picta, aurata, ampla,
alta.

Laqueus.

Tenax, arctus, noxius, fallax, trux, infamis,
tetricus, dolosus, ualidus.

Lardum

Pingue, graue, rubens, opimum.

Lares.

Lares.

Diales, saxicole, inferni.
Lares dicuntur dij domestici. Hinc Lararium dicebatur sacrarium domesticum, in quo dij peculiare ad orabantur.

Larix.

Larix.

Longeva, robusta.
Larix arbor ustis radicibus non repullulat, montes amat, incorrupta ei uis humori contumax, nec ardet, nec carbonem facit, nec alio modo ignis uicō sumitur quàm lapides, ei folia sicut pungentia, que non decidunt, florem nescit, terna edit germina, corticem spargit inter squamas, caricem nescit, pondus ualide sustinet.

Larua.

Terribilis, acherontigena, errans, procer, immanis

immanis, uana, umbratilis, oſſea Phlegel
tontis.

Lasciuia.

Leta, hilaris, mollis, prophana.

Latebra.

Effoſa, demiſſa, caca, ſaxoſa, obſcœna,
turpis, uilis, occulta, labyrinthœa, nigra,
caua, curua, atra, irremediabilis, olens.

Lateres.

Cœſiles. Varro. Quod fit è lateribus cœſilibus,
ut in agro gallico.

Laterna.

Duxuia, Mart. lib. 14. Ardeſcens.

Latex.

Fontanus, uitreus caruleus, ſpumans, humens
rorans, liquens, amœnus, flumincus, gelidus

Latibulum.

Opacum. Marullus. Querentes per noctis opaca
latibula.

Latinus.

Faunigena, filius Fauni, Prædiuus, Virg. lib. 11.

Latium.

Hesperium, antiquum, agreſte, pulchrum, forte.
Varro latium dici putat, quod lateat Italia inter

Latium.

precipitia Alpium & Appennini. Virgilius dicit
quod Saturnus ibidem latuerit, libro octavo.

Latona.

Gemellipara, filia Cei, calaurea, puerpera,
candida, titanis, thea.

Latona.

Filia fuit Cei adamatà à Ioue, ex cuius cōcubitu
suscepit Apollinem, & Dianam eodem partu natos
in Delo insula. Hunc autem partū impedire uolens
Iuno zelotypa, immisit serpentem Pythonē ad eam
fugandam, qui postea interfectus est ab Apolline.

Latratus.

Canorus, clarus, seuus, uagus, uigil, dirus,
feruidus, horrificus, multisonus, caninus,
raucus.

Latrina.

Cœnosa, olida, spurca.

Latro

Infestus, sollicitus, furiosus, lucripeta, sceler
rosus, astutus, seuus, sanguinolentus, crucu
tus, insidiator, grassans, funestus, nepharius,
sceleratus.

Latrocinium.

Nefarium, funestum,

nocturnum

Latro

Latus.

Tenerum, Tibullus lib. 2. Primus & in tenero Latus.
fixus erit latere.

Lauacrum.

Molle, nitidum, calidum.

Laurus.

Parnasia, fragilis, uiridis, uiridans, sacra,
thessalica, delphica, syluatica, tenera, apolli
naris, innuba, parnasis, nitida, palatina,
uda, apollinea, phœbea, triumphalis, latifo/
lia, syluestris, pacifera, cristata, delia, uir/
guncula, grata, opima, indica, odorata, cal
cidica, imbellis, fatidica, ramalis, crepitans,
pythica, anthea, opaca, uirens, frondens,
permesis, uirginea, longæua, innupta, pie/
ria, patula, phœtica, mystica, peruirens,
triumphans, uirescens, pendula, uirgo, fron
dosa, redolens, aonia, mollis, humida, ui/
strix, agrestis, procera, casta, comans.

Laurum arborem Græci Daphnem uocāt, ab eius/ Laurus.
dem nominis puella, quam Apollo adamauit. Spe/
tatißima est in Parnaso, coniecta in ignem maxi/
mos crepitus edit, unde & in maleficijs amatorijs
incendi consuevit; tanquam animantium querimor/
nias repre/

nias representans. Credita est insuper aduersus uel
 nena remedium habere. Hinc laurum baculum ge-
 stare dicebantur, qui periculum feliciter effugisset.
 Arborum sola non percutitur fulmine &c.

Laus.

Magnifica, celebris, insignis, superba, egr-
 gia, fastosa, hymnisona, eximia, uiuax.

Lauticies.

Lauticies. Saliaris, à salijs sacerdotibus Martis qui appo-
 ratu magno & lautissime obsonabantur.

Learchus.

Learchus. Inous, Paruus. Filius fuit Athamantis & Inus, que
 pater furore correptus interfecit.

Lebetes.

Lebetes. Dodonei, curui, caui, uncti.
 Lebetes dicuntur uasa aenea apta coquendis car-
 nibus, aut alijs rebus.

Lector.

Studiosus, uigilax, doctus, ingenuus,
 & candidus.

Lectica.

Lectica. Fulgens, eburna. Frequentissimū fuit hoc uel
 hiculum apud antiquos, quo nobiles uiri & fami-
 na utebantur. Integebatur uelis, oculos à puluere,
 sole, &

sole, & uentorum flatu descendentes. Diminutiue est lecticula. Lecticarij dicuntur serui, qui dominum in lectica portant.

Lectus.

Eburnus, genialis, constratus, perlucidus, teres, socius, mollis, gemmans, fulgens, iugalis, tepidus, delicatus, pulcher, furtiuus, tremulus, tyrius, stratus, sothericus, cubicularis, auratus.

Leena.

Torna, getula, lybica, hircana, filua, seu, audax, dura, immansueta, dira, ferox, africa, marmarica, cauernicuba, trux.

Leges.

Valide, iudiciarie, seueræ, iustæ, duræ, equæ, tetricæ, sanctæ, sacrosanctæ, rigide, soloniæ, ueridicæ.

Legumen.

Pingue, terrestre.

Lemannus.

Cauus, liquidus, gelidus, ostrifer.

Lacus est Gallie cisalpinæ, per quem Rhodanus Lemannus Ararim deserens rapitur. Is Heluctios à Gallia separauit, suisq; accolis Lemannorū indidit nomen, auctore Sulpitio.

Lemnos.

Vulcania, hipsyphilea, ærisona, circumflua,
æquorea, ardens, fumida, uulcanis, calens,
alta, ingeniosa.

Lemnos. Insula est Aegæi, in qua nutritus est Vulcanus.
Ibidem propterea esse dicitur cyclopum officinas,
unde & ærisona uocatur.

Lemures.

Nocturni, nigri, phlegetontiaci, atri,
mendosi. mali.

Lemures. Lemures dicuntur nocturnæ larvæ & bustuaria
quædam imagines, quæ noctu terrorē incutiunt.

Lena.

Improba, spurca, multibiba, malesuada,
leuifida, callida.

Lenimen.

Dulce, Horat. lib. i. Carm. Blandum.

Leno.

Insidiosus, auarus, impurus, cautus, uersu-
tus, perfidus, importunus.

Lens.

Pelusiaca, teres, niliaca.

Leo.

Horrendus, pœnus, terribilis, estifer, saurus,
fulgens

fulgens, fuluus, getulus, uillosus, uastus, ne
 meus, rabidus, odoratus, ferus, insanus,
 asper, rapax, flauus, ingenuus, rapidus, fe
 rox, ualidus, uolentus, hirsutus, iracundus,
 audius, herculeus, tumidus, generosus, indo
 mitus, lybicus, toruus, frendens, casspius,
 cesius, rigidus, trux, ideus, phrygius, aesti
 uus, impatiens, animosus, dominus ferarum,
 audax, predator, ardens, flammiger, cleo
 neus, marmaricus, iubatus, fulmineus, hor
 ridus, horrificus, furens, feruidus, maurus,
 parthicus, masyllus, rabidus, carniuorans,
 loethifer, magnanimus, impiger, fremens, for
 tis, terrificus, rugiens, molorcheus, celer,
 flammeus, arens, calens, flammifer.

Lepos.

Museus, atticus, cecropius, urbanus, dulcis,
 tener, gratus, blandus, pericleus, mellifluus,
 iucundus, purus, suauis, tibulleus, comis, fa
 cilis, argutus, flexanimis, scurrilis.

Lepra.

Lurida, edax, improba.

Lepus.

Auritus, pauidus, foccundus, pronus, sollicitus,
 y s uillosus.

uillofus, uagus, furax, callidus, uelox, par-
uus, paruulus, uolucripes, tener, meticulofus,
uagiens, fugax, pauens, excornis, timidus,
rapidus, uelocipes, mollis.

Lerna.

Cerula, nocens, foecunda, gelida, impacata,
trux, stagnans, arcadia, graia, caua.

Lerna. Fuit lacus Graeciae, in qua Hercules hydrum
interfecit.

Lesbos.

Lesbos. Insula est maris Aegei ampliffima, cuius praeci-
pue urbes fuerunt Mytilene, & Methymna, lauda-
bilis uini, feraciffime.

Læstrygones.

Duri, inculti, immanes.

**Læstrygo-
nes.** Populi fuerunt Italiae, qui humanis carnibus olim
uescebantur.

Lethe.

Stygia, soporifera, secura, inferna, atra, pra-
ceps, mala, tranquilla, quieta, torpens, tar-
tarea, obscura, somnifera.

Lethe. Fluiuius est inferorum, cuius aqua pota praeterita-
rum rerum obliuionem fertur inducere.

Leuamen.

Leuamen,

Dulce, mite, molle.

Leucas.

Excelsa, Vrbs est Acarnania, iuxta quam Anto Leucas.
nius superatus est ab Augusto.

Leuce.

Niuea, Oppidulum est non longe à Smyrna. Leuce.

Leucates.

Nubifer, Promontorium est Epyri propè
Ambraciam. Leucates.

Leucothoe.

Thebana, Candida, Fuit uxor Athamantis re-
lata in deas marinas: postquam desiluit in mare,
prius uocabatur Ino. Leucothoe

Leuitas.

Volucris, agilis, desultoria, plumea, uaga, uen-
tosa, inconsulta, malefida.

Libanus.

Tepens, cedriser, odoratus.

Liber.

Humidus, uiridans, udus, fungidus,
scaber, arbuteus.

Liber.

Argutus, laboratus, lepidus, uoluminosus, cultus.
Libertas.

Libertas.

Effrena, uegeta, pulchra, blanda,
candida, amœna.

Libido.

Vesana, indomita, rixosa, tetra, uitiosa,
damnosa, dira, furiosa, illicita, probrosa,
occulta, monstrosa, praua, pernicioſa, ueneta,
rea, ſeua, ſegnis, lucroſa, effrenata, uecors,
inſanis, ſtimulans, petulans, ſurens, im-
temperata, nefanda, impudens, obſcœna,
uana, animoſa, perſonata, improba, impet-
uoſa, noxia, blanda, aſtuta, inconſulta,
erumnoſa, inſana, doſoſa, ſeua, cœca, im-
para, fallax, intemperans, corrupta, neſci-
tia, reſrenanda, intolerabilis, muliebris, te-
nebricoſa, flagitioſa, conſectatrix uoluptatis,
auida, perdita.

Libitina.

Libitina. Acerba, triftis. Libitina dicitur dea ſepulch-
rorum. Capitur etiam pro morte, ſepulchro, exequi-
arum impenſa, & profeſſione ſepeliendi, uen-
dendiq; ea quæ ad exequias pertinent.

Libra.

Iuſta, fabriliſ, pendula, equa, bilanx, anceps.
Libamen.

Libamen.

Sacrum, Homerus apud Theod. Cyren. Mani/ Libamen-
bus ad circum stygijs libamina sacra.

Libum.

Cereales, calens, mysticum, candidum, dulce,
azimum, adoreum.

Cibus erat qui fiebat ex farre, melle & olco. Libum.

Licentia.

Lasciua, indomita, euagans, obscœna, effrenata,
effrena, effusa, furibunda, furiosa, uel
sana, uerbosa, damnosa.

Lichen.

Sordidus, Mart. lib. ii. Morbus est qui quoniam Lichen.
mentum inuadit, à Latinis mentagra dicitur.

Lictor.

Clamosus, Mart. lib. ii. Sæuus.

Limax.

Implicitus, piger.

Limbus.

Pictus, meonius, uillosus, auratus,
picturatus, baccatus.

Vestimentum erat muliebri, purpurâ in imo con- Limbus:
sutam habens. Hinc limborarij dicebantur huius ue-
stimenti textores.

Limen.

Limen.

Ferream, durum, tritum, stridens.

Limus.

Lævis, niger, informis, cœnosus, mollis,
Dolosa, nequam, fallaciosa, procax, delicata, callida, pruriscens, formosa, scelestas, speciosa, multuola, mala.

Multitia.

Multitia.

Hamida. Iuuen. Saty. 11. Vestes erant tenues & lucide & delicatis aptissime. Fiebant serico. Dicebantur autem Multitia, quod suauitate sua mulceret.

Mulus.

Clitellarius.

Munda.

Eunesta, Lucan. lib. 1. Vrbs est Hispania, apud
C 4 quam

quam Caesar liberos Pompeij affecit tanta clade, ut
ex congestis cadaveribus aggerem circum urbem fe-
cerit, quæ pilis iaculisq; confixa continebatur. Fit
inde adiectivum mundensis, quo utitur Suetonius.

Mundus.

Patulus, capax, falsus, fluidus, fallax, pal-
tens, omnipotens, labilis, stultus, incautus,
puerascens, rotatilis.

Munificentia

Vber, regia. Sidonius, Tu munificentia regia
satis abutens.

Munimen.

Munimen. Validum, Mant. Munimen habeto id validum
quo sortem omnem superabis acerbam.

Munus.

Opulentum, preciosum.

Murena.

Murena. Tarteseia, à Tartesso oppido Hispaniæ. Delicata
Martialis lib. 10. Piscis est longitudine anguille pa-
ricus quocumq; tempore. Eius ova citissime crescunt.
Vocantur à Latinis flutæ, quod in superficie aquarum
fluant & supernatent. Quum in summis aquis
apricantur, sole torrefactæ amplius se curvare aut
aquis mergere nequeunt.

Murex.

Murex.

Rubens, tyrius, fulgens, aser, baianus, gel-
tulus, phocæicus, intortus, radiatus, tarenti-
nus, sidonius, asyrius, oëbalius, stellans, ru-
tilus, auratus, ardens, purpureus, puniceus,
fragrans.

Murex piscis est marinus ex genere concharum, Murex.
qui & conchylium dicitur. Ex eius humore fit co-
lor purpureus: unde & pro purpura solet accipi.
Frequens est hic piscis & nobilis apud Tyrum, ubi
usum purpureæ præbet.

Murus.

Validus, abencus, coctilis, turritus, erectus,
altus, excelsus, testaceus, aratus, ærius, sub-
limis, marmoreus, inexpugnabilis, lapideus,
pendulus, fictilis, tenax, solidus, fragilis,
pinnatus.

Murmur.

Ventosum, raucum, stridens, rapidum, tre-
mulum, spumosum, rabidū, fragosum, que-
rulum, argutum, resonans, crepitans, disso-
num, horrissonum, terrissonum, rabiosum, lo-
quax, insolens, minax, reboans, sonans,
horrificum, clamosum, multiuagum, garrulū,
sonorū, scditiosum, soporiferū. C 5

MUS.

Exiguus, ridiculus, brevis, avidus,
opicus, terrestris, parvus, niger,
improbulus, rodens.

Mus. Mus animalculū est avidum furti, cuius cinis cum
melle instillatus, aut cum rosaceo decoctus, aurium
dolores sedat. Nunquam mansuescit. Murium gene
ratio lambendo constare non coitu fertur. Magna
sunt fecunditatis: nam ex una genitos CXX. tra
diderūt. Apud Persas uero prægnantes in utero pa
rentis repertas, autore Plinio.

Musæ.

Sicilides, libethrides, aoniæ, dulces, modus
lantes, pegasides, helyconiades, Helyconis
alumna, palestina, cothurnata, iocosa, ge
niales, helyconides, pieria, aonides, pimpleæ,
castalides, pimpleides, leta, laborifera, doctis
cana, solicana, fontigena, musica, hiantia, his
antea, loquaces, doctifona, canora, ascrea,
aganippeæ, sebethides, querula, sacra, Thessia
des, aganippides, sedula, libethrea, laurigeræ,
meonia, dicacula, eterna, corycides, ardalis
e, cyrrhea, tenera, stridula, tetrica, sancta,
mnemosydes, iliadaes, placida.

Musas poete dicunt Iouis & Mnemosynes seu Memoriae filias, quod doctum oporteat esse sœcunda Memoria. Insuper musicae præesse, & carminum inventrices uocant: quod musacantum significet, & poësis proxime ad musam accedat, quum præsertim & numeris constet & prosodia. Fingunt earum sedem esse in Helycone Bœotie monte propè Phocidem, à quo ut à confinibus locis diuersa meruerunt nomina. Vocantur Helyconides, Parnasides &c.

Muse.

Musca.

Infestans, turpis, parua, sitiens cruoris, uolans, proterua, pusilla, uolucris.

Muscus.

Turpis, mollis, uirens, fragilis, uiridis, tenax, flauens, tenuis.

Mustella.

Pauida, Columel. lib. 9. Velox. Ouid. de Philo.

Hoc animal infestum est serpenti, cui congregitur commanducata ruta, quam scit esse ipsi serpenti insensam & exitialem. Colitur à Thebanis, timidissima est, gaudet latebris. Eius testiculi mulierum alligati partus continent. Tria sunt genera mustellarum, gales, ictis, melis. Melis ea est quam dicimus spinam.

Mustella

Mustum.

Mustum.

Dulce, tortiuum, pingue, mite, amoenum,
amineum, arbutiuum, leue, fumidum, auste-
rum, deciduum, candidum, sordidum, odorum,
siliens, liquatum, purpureum.

Mustum. Mustum dicitur uinum recens, hinc mustacea li-
ba dicuntur musto madefacta.

Mycenæ.

Agamennoniæ, thystæ, ditæ, pelopeiades,
magnæ, ueteres, caligantes, dire, machis,
lacedæmoniæ, fortes, clare, indignæ sole.

Mycenæ. Vrbs fuit Peloponnesi condita à Perseo filio Da-
naës, regia & patria Agamennonis, Thyestæ, &
Pelopis.

Mycone.

Mycone. Humilis, Ouid. lib. 7. Meta. Insula est iuxta Del-
lon & una Cycladum.

Mydas.

Berecynthius, diues, mygdonius, auritus,
miser, cupidus, marmoreus, magnificus,
phrygius.

Mydas. Mydas rex fuit Phrygiæ, cui propter Bacchum ho-
spitio susceptum concessum est, ut quicquid uellet,
optaret, futurus uoti compos. Optauit autem quic-
quid

quid corpore contigiſſet, in aurũ uerteretur. Quod factum eſt propter immenſas eius diuitias, quæ pro uerbio locum fecerunt. Statius lib. 2. & 2. Syl.

Myricæ.

Humiles, tenues, fragiles, teneræ, ſteriles, ſylueſtres, parua.

Myron.

Doctus, operoſus. Ouid. lib. 3. de arte. Fuit ſtatuarium magni nominis, qui fecit ex ære buculam, plurimum ab antiquis laudatam. Myron.

Myrrha.

Arabs, pinguis, cynareia, achæia, cynareis, ſtillata, fulua, lachrymata, olens, aſſyria, libidinosa, ſcelerata, ſeua, ſtillans, inceſta, orontea, maculoſa, Orontis decora,

Myrrha fuit Cynaræ Cypriorum regis filia, que patri ſuo concubuit, ex eoq; coitu ſuſcepit Adonidem. Poëtæ fabulantur eam in plantam aromaticã fuiſſe commutatam deorum commiſeratione. Hanc autem arbuſculam ſucco diſtillantem habent Arabia, Aſſyria, & Orontes fluuius. De prædicto inceſtu Ouid. lib. 10. Myrrha.

Myrtetum.

Otiolum, ubi indulgetur otio. Mart. lib. 2. Non otioſis ordinata myrteis. Myrtetum.

Myrtus.

Myrthus.

Tenera, paphia, amans litora, spartica, sily-
uestris, pulla, littorea, metuens frigora, cybe-
rea, uiridis, nigra, dionæa, frontens, amathu-
sis, sopora, uirens, cypru, florens, preuiri-
dis, pallida, redolens, rustica, cithereis.

Myrti con- sideratio. Myrtus arbor, baccas parit optimi saporis, amat
littora. Odoratissima est in Aegypto. Eius oleo
est quidam uini sapor, nobilitata est ouli coronat
crescit quãdoq; in locis planis, angusta habet folia
quæ nõ decidüt, uita est breuissima, sacra est Veneti

Myfi.

Myfi. Feroces, Mysorum populus usq; adeo fuit uilis
& contemptus, ut sequenti prouerbio loci p̄ccerit.
Mysorum postremus. Finitimorum incurvationibus
male uexati sunt. Hinc etiã orta parœmia: Mysorum
præda, de his qui impune à quibuslibet leduntur ac
diripiuntur. Præterea decorum cultui adeo inuicem
pati fuerunt, ut esitandis animalibus abstinerent.
Viuebant melle, lacte, & caseo.

EPITHETA IOANNIS

Rauisij de litera N.

Nabathæi.

N

Igri, Populi sunt orientales, dediti cum
lan. 10

landis diuitijs. Apud eos multa publicè dicitur ijs,
 qui rem aliquo modo imminuerint. Crescentibus
 opibus augetur honos. Rara inibi seruitia, ministris
 utitur plurimū cognatis, uel sibi unusq; minister
 est. In conuiujs plura duodenis exsicasse pocula
 ignominiosum est. Rex quandoq; sibi & alijs mini-
 strat. Eius mortui cadauer in sterquiliniū deiicitur.
 Vrbes habent nullis clausas moenibus. Utuntur ca-
 melo equorū uice. Sol illis sacratissimum numen.

Nacta.

Discinctus, dissolutus, & emollitus delitijs. Fuit **Nacta**
 enim quidam apud Romanos perditæ luxuriæ. Vnde
 de pro quouis scelerato & infami solet accipi. Per-
 sius Saty. 3.

Nænia.

Funebris, misera, iners.

Narades.

Aequoreæ, lubricæ, dominae undarum
 carule, uide, procaces, candidæ, fu-
 gaces, undosæ.

Naiades dicuntur fontium & fluminum
 nymphe. Fit inde adiectiuum Naicus, Pro-
 pert. libro secundo.

Naiades.

Napeæ.

Napææ.

Faciles, teneræ, placidæ, uirides, formosæ,
pictæ, lasciuæ, innocuæ, hilares.

Napææ. Dicuntur nympha montium & sylvarum.

Nar.

Præceps, sulphureus, uitiatu.

Nar. Fluvius est Thuscæ in Tyberim defluens, à cuius
nomine ciuitas propinqua Narina appellata est.

Narbo.

Narbo. Martius, est bellicosus: nam & populis & opibus
olim cæteris Gallis præstabat Narbonensis puincia.

Narbona.

Narbona. Potens, Mant. Te aluerni, te marte potens Nar
bona, fideli, Circum equitant animo.

Narcissus.

Purpureus, comans, cephisius, perspicuus,
hians, filius Liriopes, proles Cephisia, formosus.

Narcissus. Narcissus filius fuit Cephisi & Liriopes, à mul
tis Nymphis, sed præcipue ab Echo ob eximiam cor
poris formam adamatus. Quas omnes quem asper
naretur, tandē corporis formæ captus est: nam dum
uenatu fessus aliquando diuertisset ad fontem, & is
eo perinde ac speculo seipsum uidisset, ratus esse
unam earum, à quibus prius adamabatur, nympham
tunc

rum, intabuit amoris desiderio, & in purpureū sui
nominis florem commutatus est. Ouid. lib. 3.

Nardum.

Florens, achamenium, liquidum, indicum,
pulum, diues, odorum, arabum, tyrium,
madens, lene, redolens, fragrans, asyrium.

Nardus seu nardum frutex aromaticus frequens Nardus.
Indiæ, Asyriæ, & Persidi.

Nares.

Patula, acres, caue, unca, acute, tenere,
sagaces, mucida, imbrifera, camura, immu-
da, pilosa.

Nasamon.

Inops, pauper, durus, equoreus, bellator,
semihomo, alacer.

Nasamones populi sunt Africa, qui naues syrti/ Nasamonē
bus illis spoliant, & uictum quærunt rapto. Eorū mores.
singulis adsunt uxores plures, cum quibus palam cō-
grediuntur prætentō baculo. Nuptiali cæna discum-
bentium singulos adit noua nupta Veneris gratia.
Congrediuntur illi domo allatum donum contribuē-
tes, ad maiorum monumenta futurorum scientiam
aucupantur, incubantes manibus. Fidei sanctio max-
imā sidem sibi propinasse poculū. Sedentium habitu
D mor/

mortuos astituant, id ipsum inter moriendū attendentes, ut sedentes expirent. In diuinationibus sua sequuntur somnia. In præstanda fide de manu alterius uterq; sumpto poculo bibit. Quod si defuerit, mor, collectum è terra cinerem lingunt.

Naso.

Tener, pelignus, doctus, ingeniosus.

Nasturtium.

Viride, humidū. Nasturtium dictum est à torquēdis naribus. Hinc ortū est adagium: Ede nasturtium. In desides & somnolentos, ad excutiendū se licet torporem. Est autē hortensis herba Venereum cohibens.

Nasus.

Turpiculus rorans, madidus.

Natatus.

Liquidus, uolucer, præceps.

Nathanael.

Iustus, Iuuen. Tū primū iusto cōcurrit Nathanaeli.

Nates.

Candidæ, turpiculæ, turpes, molles, merdose, pilosæ.

Natrix.

Violator aquæ inimicus aquis, capitata, Serpens.

Serpens est inficiens aqua ueneno.

Natura.

Parens rerum, diues, creatrix rerum, fecunda, dædala, initialis, edax, sollers, ingeniosa, omniferens, omniparens, sapiens, fragilis, sedula, officiosa, prouida, callida, potens, sagax, omnipotens, imperiosa, operaria, puerpera, larga, prægnatiua, longæua.

Nauis.

Acrata, nautica, rostrata, curua, cita, hospita, longa, bellica, timida, præceps, anxia, fluuiatilis, piscatoria, actiaria, pontiuaga, uolucris, omniueha, æquorea, ueliuola, celer.

Nausea.

Fluens, Horat. Vel quod fluentem nauseam coherceat.

Nauseator

Stomachosus, Beroaldus. Tum uerò stomachosus nauseator.

Nauta.

Timidus, miser, pendens, tremens, sollicitus, callidus, audax, sulcator ponti, pavidus, uagus, incertus, trepidus, fluctiuagus, pauens, auidus, fluitans, leuisomnus, neptunicola, pontiuagus

Naxos.

Thesæa, genialis, bacchata, vitigena, bacchicæ
Insula est in Aegeo mari una ex ijs quæ Cyclo-
 Naxos. *des uocantur. Fuit olim uini feracissima, unde & di-*
onyfia uocabatur, autore Plinio.

Neapolis

Cumæa, inquieta, sinuosa, dulcis, docta.
 Neapolis *Ciuitas est Italiae, quæ prius Parthenope dicebatur.*

Nebris.

Erithræa, maculosa, uillosa.
 Nebrides uocantur damarum seu coruorum pel-
 les, quibus ueteres utebantur in Bacchi sacrificijs.

Nebula.

Atra, humens, aëria, tenuis, obumbrans,
 stridens, leuis, turpis, nigra, tetra, uolans,
 opaca, inanis, uolucris, nigrans.

Necessitas.

Sæua, Horat. lic. 1. Carm. Violenta, insupera-
 bilis, dira, rigida.

Nectar.

Dulce, odoratum, cœleste, hybleum, baccheis
 nobile, cytheriacum, idalium, liquidum, rubi-
 cundum, massicum, atticum, theseum, rubrum
 æthereum, præsuauæ, mellifluum, beatum.
 Nefas

Nefas.

Maculosum, crudele, uipereum, cruentum,
execrandum, impium, infandum, horrendū,
triste, graue, indignum, terrificum, infame.

Neleus.

Diues, Ouid. lib. 2. Meta. Filius fuit Neptuni, et Neleus.
pater Nestoris, qui Pylon urbem condidit.

Nemea.

Frondens, frondosa, cleonæa, frondifera.
Sylua est Achaïæ inter Cleonæ & Philuntem, Nemea.
in qua Argiui sacra nemæa celebrare cōsueuerunt.

Nemesis.

Adrastea, rhamnusia, exosa, potens, seua,
trux, calua, uehemens.

Nemesis Euripedes fecit Iouis filiam ultricem Nemesis.
eorum qui uel superbiunt, uel fastidiunt amores. Ma
crobius ait, Nemesim deam esse, quæ colitur contra
superbiam, superbosq; persequitur. Simulachrum
eius ab Agoracrito statuario factum, coluit Rham/
nus Atticæ pagus. Vnde & Rhamnusia dicitur. Ha
buit Romæ statuam in Capitolio. Hæc dea insolent/
iæ & arrogantie est uindex, ut quæ spes immode/
ratas & uelet, & puniat. Fingebatur olim Veneris
specie, tenebatq; malum arborem dextra.

Nemesis Tibulli.

Formosa, Martial. lib. 8. Lasciua, celebrata.
Nemus.

Auium, ferum, umbrosum, purpureum, pit-
tum, pomiferum, altum, atrum, frondeum, um-
briferum, odoratum, opacum, solum, grauidum,
gelidum, raucum, frondiferum, frondosum, sol-
uosum, densum, tonsile, celsum, profundum,
tenerum, amœnum, laureum, arduum, obscurum,
auricomum, argutum, uirens, uiridans, laurif-
ferum, populeum, apricum, myrteum, laurif-
fluum, aerium, comans, cœcum, oliuiferum, sil-
lens, surdum, odorum, multicomum, horrendum,
odoriferum, floriferum, inuium, horrificum.
horridum, tacitum.

Nepa.

Nepa. Virosa, Nepa scorpionum significat. Cicero lib. 4.
de finibus. Serpere anguiculos, natate anaticulas,
uolare merulas, cornibus uti uideas boues, nepas
aculeis, suam cuique esse naturam.

Neptunus.

Saturnius, æquoreus, pater uentorum, maris
deus, hibernus, furens, terriquaeso, ceruleus,
tridentifer, rector maris, tenarius, glaucus,
arbitr

arbiter pelagi, minax, atrox, fluctiuomus, gelatus, parens aquarum, spumans, liquens, profundus, salsipotens, liquidus.

Neptunus filius fuit Opis & Saturni, frater Iouis & Plutonis. Vxorem habuit Amphitriten, ex qua multas suscepit nymphas. Tridentē habet pro sceptro. Muros urbis Troiæ condidit unā cū Apolline. Templum habuit in Tenaro Laconie promontorio et Onchesto urbe Bœotiz. Eidem olim immolabatur taurus.

Neptunus.

Nereides.

Virides, lascivæ, uide, equoræ, pictæ, oceanides. Nereides dicuntur nymphæ marinæ, uelut filie Nerei.

Nereides.

Nereus.

Grandeuus, spumeus, uiolentus, ceruleus, magnus, ceruleus, profundus, placidus, aduenas, uelifer, uentosus, trux, uagus, resusus, frequens, spumans.

Nereus fingitur filius Oceani & Tethyos, deus maris, & pro ipso mari quandoq; solet accipi.

Nereus.

Neritos.

Alta, ardua. Mons est in insula Ithacæ, à quo Neritos. Vlysses uocatur Neritius.

Nero.

Caluus, seuus, ingratus, ferus, piger, crudelis, matricida, dirus, incestus, durus, indignabundus, sanguineus, superbus, crudus, prauus, inuisus.

Neruus.

Tortilis, geticus, loethalis, ualidus, Ocagrus, turgens, sinuatus, canorus, resonans, stridens, apollineus, uocalis, blandiloquus, threicius, tortus, grandisonus, ithureus, concinnatus, alacer, sonans, tremens, sonorus, taurinus, tensilis.

Neruus.

Horum Epithetorum sensus est uarius, quoniam Neruus quandoq; est citharæ & Lyre: nonnunquam arcus. Propterea oportebit eum qui apposite his uolet uti, rationem habere cōmodæ significationis.

Nessus.

Ferox, uiolentus, semiuir, semifer, perfidus, seuus, trux.

Nessus.

Nessus fuit centaurus Ixionis ex Nube filius, sagittis confossus ab Hercule, quod eius uxore Deianyram rapuisset.

Nestor.

Pylus. annosus, ter euo functus, triſceelis, facundus.

facundus, neleius, fidus, longæuus, prudens,
nelides, decrepitus, grandæuus, maturus.

Nestor fuit filius Nelei suauiloquentia inter Græcos
& prudentia clarissimus. Nestor.

Nestus.

Strymonius, id est Thracius. Est enim fluuius
Thraciæ. Nestus.

Nex.

Infanda, stygia, dura, nefanda, impia, per-
fida, hostilis, sanguinea, læthalis, tetrica,
amara, cruenta, horrida, misera, uiolenta,
lurida, turpis, obscæna, mœsta, cruda, ob-
scura, horrenda.

Nexus.

Validus, irresolutus, implicatus, durus.

Nidor.

Somnifer, fumificus.

Nidus.

Dulcis, loquax, concauatus, pendens, quer-
ulus, tepens, algens, uernus, excelsus, gra-
cilis, implumis, leuis, altus, fragrans, texti-
lis, inuolucer, uolucer, tepidus, cauatus.

Nigredo.

Coruina, picea.

D 5

Nilus.

Nilus.

Stagnans, septemgeminus, lageus, lepidus,
 diuiduus, uagans, tumidus, septenfluus, ser-
 ptemplex, papyrifer, aduena, diues, foetifer,
 sacer, arisonus, placidus, refluus, undosus,
 paretonius, paludosus, aestifer, fertilis, imbi-
 fer, apricus, torrens, aestiuus, deuius, arca-
 nus, pharius, latus, longifluus, portentifer,
 limosus, uagus, undans, sonans, pelles,
 præceps, linifer, australis, pinguis, irriguus,
 ferax, extremus, fallax, nigrans, tepens,
 anaurus.

Nilus. Nilus fluuius est Aegypti, plurimū trahens limi,
 quo arua fecundat. Incerta est eius origo. Varijs in
 locis mutat nomina. Septē hostijs infunditur ocean-
 no. Arundines profert, quarum membranula simi-
 les sunt papyro. Nullas expirat auras. Croco lilos
 nutrit & hippotomos. Alueum egreditur, & totā
 Aegyptum stagnantibus undis alluit. Tibul. lib. 1.

Ninos.

Ninos. Felix, Luc. lib. 6. Vrbs fuit Assyriorum, que &
 Niniue dicta est.

Niobe.

Tantalis, sipyleia, moesta, frigida, infelix,
 ardua, rigida, superba. Eliā

Filia fuit Tantalī, & uxor Amphionis regis Thebarū. Hæc habuit 14. liberos, quos omnes Apollo sagittis interfecit, quod illa Dianæ & Latonæ se pretulisset. Id ægreferens Niobe, præ nimio dolore dirigit in scopulum, propè Sipylum urbem Mæonia, Propert. lib. 2. Niobe.

Niphates.

Arduus, Tigrifer, à ferendis tygribus. Fluvius est Medorum seu Armeniorum, cadens ab eiusdem nominis fonte. Niphates.

Nireus.

Diivinus, pictus. Filius fuit Charopi & Alagie, puer è Naxo admodum speciosus, cuius formã Homerus suis carminibus dignatus est. Horatius libro tertio Carm. Nireus.

Zitella.

Aurea, Est enim pulveris auri mica. Mart. lib. 5.

Nitor.

Aureus, tremulus, purus, rutilus, sydereus, placidus, nitidus, pæstanus, lactæus, niucus, albus, flammeus, iucundus.

Nix.

Alpina, sythonia, riphæa, scythica, hyberna.

hyberna, gelida, brumalis, madens, pura,
 caduca, tenera, getica, bistonia, horrifera,
 othrysia, cana, pruinosa, deflua, cimbrica,
 maligna, montana, appennicola, liquecens,
 infirma, algens, alba, candida, rigida, dura,
 sarmatica, hyperborea, maotica, thesalica,
 algida.

Nobilitas.

Nobilitas. Ingenua, Theodoritus Cyrensis: Crassa illa corporis nebula detexisse ingenuam nobilitatem.

Noctua.

Noctua. Noctua avis, Palladis ales, garrula, solicans, noctiuida, improba, fera, prænuntia fati.
 Noctua avis est inauspicatus. Hæc Pyrrhi contra Argos copias mouentis insidit hastæ, & sinistram ei portendit fortunam. Non cernitur in Creta.

Nodus.

Tortilis, contortus, flexilis, dulcis, laceratofus, difficilis, strictus, irresolubilis, tenax, obstrictus, nexus, latens, anceps, arctus, abenus, solidus, arcanus, æratus, herculeus, gordianus.

Noe.

Fatidicus, Mant. Præmisit in orbem, fatidicum uatem. Nola.

Nola.

Campana, Quoniam est urbs Campanie, que Nola.
prius Sidicinum uocabatur.

Nomas.

Pista, quoniam Nomas seu Numydia ferax est Nomas.
marmoris. Mant. lib. 8. Afra. Idem lib. 9. Dura.

Notus.

Præceps, ater, rapidus, udus, furens, terri-
bilis, procellosus, nubifer, æolius, madidus,
tristis, seuus, pluuius, uuidus, acer, insa-
nus, durus, lubricus, ærius, iratus, nymbi-
sonus, tumidus, leuis, turbidus, furens, nu-
bifer, sonorus, fugax, uolucer, inflatus, ce-
ler, uanus, tepidus, hibernus, stridens, rau-
cus, surdus, humens, uiolentus.

Notus uentus est meridionalis, qui alio nomine Notus.
dicitur Auster. Ouid. lib. 1. Meta.

Nouacula.

Seua. Martialis lib. 2. Stricta. Idem lib. 11.

Noualia.

Culta, rigua, dura.

Nouember

Pruinosus. Mant. Noua pruinosis iam lux erat
orta Nouembris.

Nouerca.

Nouerca.

Iniusta, seua, mala, immitis, dira, monstri
fera, cruda, terribilis.

Nox.

Intempesta, caeca, obscura, atra, humidat
silens, Eumenidum mater, sola, sopora, nig
gra, fumifera, opaca, flammifera, languida
latebrosa, caliginosa, gelida, operosa, prui
nosa, arcana, furtiua, lasciua, lethæa, reuer
renda, tranquilla, rosida, soporifera, somni
genetrix, illunis, tacita, titanis, quieta, tes
nebrosa, proterua, occidua, foeda, foecunda
caerula, uaga, brumalis, tartarea, terrificat
picta, madida, stelliparens, algida, connubia
somnia furua, euanida, concubia, stellans
horrenda, sublustris, importuna, nigrans
madens, fusca, nigricans, fuscula, somni
fera, frigidula, uduia, fallax, tacens, horri
pallida, stellata, taciturna, umbrosa, rori
fera, horrifera, trepida, tristis, tenaria
stygia, humecta, pallens, sydereat, imbrifera.

Nox. Nox fingitur Terræ filia & Parcarum.

Alia.

Nubes.

Alta, cerulea, aetherea, umbrifera, aquosa,
 atra, nigra, liquida, aëria, cerula, gelida,
 caeca, squallens, umbrifera, ardua, uolans,
 ualida, caua, picea, bibula, grauida, opaca,
 maculosa, humens, nigrans, obscura, undans,
 calida, montana, aspera, glauca, uolucris,
 fumans, umbrosa, fugax, ignota, displosa,
 nubrificata, deformis, squallida, pallida, uen-
 tosa, fumida, procellosa, leuis, ignicolor,
 turbida, uaga, caeliuaga, multicolor, lurida,
 altiuola, horrifica, sonora.

Nubila.

Fusca, densa, caua, turbida, picea, nym-
 bosa, frigida, concaua, uaga, tetra, humi-
 da, tristia, atra, nigrantia, nigra, sublimia,
 ardua, opaca, pallida, caeca, mollia, liuëtia.

Nuces.

Auellana, tarentina, thasia, persica, pon-
 tica, pranestina, figinea.

Nucetum.

Ponticum, Statius lib. 1. Sylua. Nucetum dicitur
 locus nucibus concitus & ferax.

Nuge.

Nugæ.

Canoræ, argute, peregrinæ, dulces, gaudiosæ,
 amantes otia, leues, uaniloquæ, uulgares, fœ-
 mineæ, fuitiles, loquaces, aniles, ineptæ, bul-
 latæ, uanæ, ficticiæ, inanes, uentose, con-
 uenticiæ.

Nugator.

Graphicus, Plautus in Trinummo. Nimium hinc
 graphicum nugatorem.

Numa.

Sacrificus, munificus, intonsus, pacificus, fat-
 tidicus, sanctus, legifer, romuleus, oebalius,
 antiquus, sceptrifer, placidus, uetus, iustus.
 Numa. Numa fuit secundus Romanorum rex, insignis
 pietate & iustitia, condidit templū Iani, quod aper-
 riebatur tēpore belli, pacis uero claudebatur. Mox
 cultum deorum instituit. Creauit sacerdotes, uestas
 les uirgines sacrauit, dies festos nefastosq; cōdidit.
 Annum qui prius erat decimestris, diuisit in duode-
 cim menses. Natus demum annos XL. fatis con-
 cessit. Templum Vestæ rotundum construxit, ubi
 perpetuus ignis asseruabatur.

Numen.

Auxiliare, exorabile, sanctum, olympicum.
 uenerabile. Numeri.

Numeri.

Molles, blandi, dulces.

Nummus

Dolosus, aureus, iurgiosus.

Numycius.

Corniger, Ouid. lib. 3. Fast. Fluvius est Italiæ
non longe à Lavinio, in quo submersus est Acneas.

Numydæ

Infreni, uagi, fugaces, maurusij, indomiti,
belligeri, infrenes, acres.

Numydæ seu Nomades populi sunt Africa de-
gentes in palustris ductilibus, unde uocantur uagi. Numidæ
Habebant olim alucos nauu conuersos pro tigurijis
autore Salustio. Vescuntur lacte, ferina carne, &
elephantis. Omnis coru uita occupatur in pascendis
gregibus. Equos regunt non freno sed uirga. Hinc
uocantur infrenes, uel etiam quod legibus careant

Nuntius.

Velox, celer, æripes.

Nutrix.

sedula, blanda, officiosa.

Nurus.

Facilis, tacitus, loquax, gestuosus.

Nux, arbor.

Viridis, patula, longæua.

Nimbus.

Nigrans, obscurus, aethereus, niger, volans,
 rigans, hyemalis, australis, subitus, torrens,
 ater, piccus, tenuis, præceps, hiulcus, vibra-
 tus, hibernus, undans, fumificus, trux, hor-
 risonus, gelidus, glacialis, leuis, stillans,
 algens.

Nymphæ.

Teneræ, niuæ, æquoræ, nereidæ, glaucæ, ce-
 ruleæ, dulces, fluctigenæ, humentes, flucti-
 colæ, formosæ, nitidæ, cærule, candidæ, del-
 coreæ, amatrices, lasciuæ, prenitentes, lætæ,
 nemorissæque, vitreæ, oceanitides, florilegæ.

Nysus.

Nysus.

Hyrtaides, phrygius, purpureus, pius.
 Nysus fuit Troianus Hyrtaci filius, & amicus
 Euryali. Hi duo pro Aenea certarunt in Turnum
 quorum alterum Euryalum quem Rutuli interfecerunt
 Nysus qui cursu periculum euaserat, redijt tamē ad
 ulciscendam socij mortem, Eoq; facto per mortui cor-
 pus se confodit, & exanimem proiecit. De his Virg.
 libro. 9. Aeneid.

Epitheta

EPITHETA IOAN. RAVISII
DE LITERA O.

Oaxes.

Rapidus, Virg. in Buc. Pars Scythiam & rapidum

Cretæ uenimus Oaxem.

Oaxes

Fluuus est Cretæ, ut cōstat his uerbis. Errauit Seruius dicens fluuium esse Mesopotamiæ.

Obba.

Sesilis, id est lata. Omnia enim quæ in latitudinem diffunduntur, uocantur sesilia inquit Britannicus.

Obba.

Persius Saty. 5. Exhalet uapida lesum pice sesilis

Obba. Poculum est ligneum.

Obelus.

Acutus, Petrachæ. Venit Aristarchus obelis armatus acutis.

Obex.

Fortis, Mant. Obice forti, Sustinuit Turcorum iras

Obluio.

Pigra, deses, lothæa.

Obscœnitas.

Turpis, Theodorus. Pro turpi obscœnitate ac impudentia sunt modestæ.

Obsequium.

Blandum, mansuetum.

E 2 Obsi

Obsidio.

Arcta, Luc. lib. 6. Sed patitur *scenam ueluticircā*
 datus arcta obsidione famem. *Dura, Manc.*
 Cinxerat has urbes dura obsidione Philippus.

Obsonium.

Opiparum, *lautum,*

Occasio.

Calua, quoniā si relinquatur, ubi commodū se essent
 & tempestiue, postea corripere non potest. Vnde fini-
 gitur occipiti caluo, ne teneatur fugiens, ut inquit
 Ausonius.

Occasus.

Serus, sedes Zephyri: quoniam Zephyrus stat
 ab occidente. Ouid. lib. 1. Meta.

Oceanus.

Refusus, ingens, beluosus, circūuagus, senex
 glacialis, aduena, sonorus, rex undarum, cir-
 cumfluus, uitreus, canus, uastus, reciprocans
 immensus, undosus, uagus, amplus, refluxus,
 largus, fertilis.

Otium.

Ignobile, tranquillum, molle, ignauum, segne
 infelix, distinctum, liberum, languidū, for-
 didum, marcidum, blandū, dulce, oblectabile
 gratum

gratum, iners, pingue, facile, lene, languens,
 letum, garrulū, desidiosum, foedū, amœnum,
 pigrum, quietum, perniciosum, geniosum,
 infœcundum, facundum, delitiosum.

Apud Atheniēses Draco legislator eos q̄ otij forēt
 damnati, capite mulctandos censuit. Nihilominus Draco le/
 apud quosdā populos ut Thracas, otiosum esse pro gislator.
 honestissimo iudicatum est, Plinius Cæcilius Minu/
 tium quēdam monens, ait longe prestare uacuum
 esse, quā ineptis implicari laboribus. Thales ait
 tam domū optimam sibi uideri, ubi otio pingui do/
 mino persfrui licet. Cato dicere solebat, non mi/
 nus otij quā negotij clarorum uirorum rationem
 extare oportere. At contrā Galba distitabat ne/
 minem otij sui rationem reddere cogi.

Ocrea.

Leuis, ferrea, renitens, fulua, teres.

Ocreæ dicuntur crurū munimenta. Hinc ocreati Ocrea.
 ocreis ornati.

Oculi.

Humentes, uitrei, glauci, orbiculares, uenusti,
 igniti, teneri, uagi, rosei, ebrij, ludibūdi, luciduli,
 uigiles, sequaces, gemmates, morsicantes, mi/
 cantes, proterui, arguti, tumidi, molles, ni/
 tidi,

tidi, albicantes, fragrantes, blandi, turgidulis,
 melliti, compositi, acres, ardentes, auri,
 stellantes, nictantes, decori, purpurati, pro
 tuberantes, rutilantes, radiantes, placidi
 madidi, nitentes, cupidi, splendiduli, petuli,
 lasciui, faciles, dulciculi, procaces, flammis,
 flamantes, crassiculi, rubeli, sycerei, auitis
 fulgidi, pulchri, curiosi, auidi, impudici, idal
 lij, lubrici, serenati, amabiles, cupidinei, coele
 stes, comes, coniuentes, acidalij, ignei, lu
 centes, ridentes, lucidi, promicantes, pro
 fulgentes, tremuli, peti, amoeni, herbei, pro
 cliuvs, emicissitij, flammiferi, flameoli,

Oda.

Dulcis, lyrica, lepida, pulchra, tersa,

Odiū.

Crudele, asperum, nefandum, interneciū, peri
 tinax, profanum, ignescens, improbum, uati
 niānū, egenum, impacatum, acerbum, inimicū
 amarum, fuscum, inexpiabile, atrox, lugubres
 pertinax, intestinum, exacerbatum, cruentum,
 malum, triste, pestiferum, feruens, cecum,
 flagrans, lethale, recrudescens, malignum,
 capitale, exitiale, crudum, scū, fatale, peri
 niciosum,

niciosum, occultum, funestum, agreste,
nouercale.

Odor.

Sabeus, pulcher, liquidus, cynamomeus, iu-
cundus, achemenius, assyrius, syrius, pan-
theus, mollis, arabus, pharitaus, arabs, cy-
prius, corycius, myrrhaeus, uagus, ambrosius,
nectareus, amenus, fragrans, timbreus, ara-
bius, arabicus, gratus, genialis, Indus, diui-
nus, orontaeus, tenuis,

Odor malus.

Iniucundus, funestus, teter,
latrinalis, dirus,

Oedipus.

Miser, impius, caecus, infustus, parricida,
orbis luminis.

Oedipus filius fuit Laij regis Thebarum & lo- Oedipus.
casta, qui patrem nescius interfecit, ac demum inco-
gnitam matrem duxit in uxorem, ex eaq; suscepit
Etheoclem & Polynicem, qui mortuo patre de re-
gno disceptantes, mutuis uulneribus sese interfecer-
unt. Oedipus tandem sui incestus, ac parricidij
certior factus, sceleris horrore oculos sibi cruit. Vi-
de Quid in Ibin.

Oeneus.

Parthone natus. Ouid. lib. 9. Calydonius, à Calydone Aetoliae urbe, in qua regnavit. Stadius lib. 1. Theb. Superbus. Stadius lib. 11. Theb.

Oeneus. Rex fuit Aetoliae, & pater Melcagri.

Oenone.

Oenone. Pegasis, Ouid. in epist. Fuit Phrygia uirginis cula, ante raptum Helena Paridis amica.

Oenomaus.

Oenomaus Phrygius, Calentius. Nec talis Phrygij filia regis erat. De Hippodamia loquitur.

Oestrum.

Horribile, rapidum, aestiuum, uolucris, laurigerum, diuinum, pierium, aonium.

Oetha.

Herculeas, nemorosa, alta, ardua, frondosa, aemonia, gelida.

Oetha. Mons est Thessaliae, in quo Hercules seipsum combussit.

Oethus.

Oethus. Immanis, Virg. In Culice fuit gigas Aloi filius, frater Ephialtis, qui conati sunt detrudere Iouem de caelo.

Olea seu Oliua.

Pallens, teres, tarde crescens, pinguis, uirax, uiridis, pacifera, caduca, uenafrana, pacalis, Palladis arbor, mitis, nitida, popularis, frondens, pacata, albens, licinia, palladia, canens, glauca, supplex, insons, imbellis, umbrosa, uernicoma, uirens, uiridās, attica, pacifica, pisea, picena.

Olea seu Oliuæ arbori folia non decidunt: nefas erat olim tam in profanis usibus polluere, ut nec propitiandis quidem numinibus ex ea altaria accenderentur. Ea coronabantur equitum turmæ, idibus Iulij & minoribus triumphis ouantes. Fructus constat nucleo, oleo, carne, amurca. Tarde crescit, morsu capræ fertur sterile scere. Immunis est à carie & uetustate. Durat annis ducentis. Inimicissima illi pluuia circa uergiliās. Gaudet cinere et calcarijs fornacibus. Sacra est Mineruæ. Olea.

Oleum.

Pingue, liquidum, palladium, uiride, tardū, molens, leue, calorificum, uenafranium, unctum, ceruleum, assyrium, odoratū, uenalicium.

Olitor.

Sedulus, Colu. Tum præbeat imbres sedulus irrorans olitor.

Olla.

Fistilis, farrata, plena pulte facta ex farre.

Olor.

Argutus, albus, innocuus, niueus, amyclaus,
plumeus, ales, candidus, paphius, therapneus,
phœbeus, apollineus, candens, resonans, ni-
tidus, lædeus, argenteus, imbellis, lacteus,
uocalis, aonius, caystrius, cantor. mæandrius,
canorus, blandus, serenus, spartanus.

Olor. Iuppiter mutatus in cyncum, Leda[m] compressit,
ut fabulantur poëtae, ex eoq[ue] concubitu suscepit He-
lenam. Propterea olor seu cyncus ab ipsa Leda ma-
liere spartana, seu Laconica uocatur Amyclaus, et
Therapneus, ab Amyclis & Therapnis urbibus
Laconia.

Olus.

Agreste, niliacum, rigidum.

Olus. Oleribus abundat Syria in hortis operosissima.
Hinc adagium natum. Multa Syrorum olera.

Olympus.

Fronosus, celsus, clarus, deuexus, æthereus,
omniparens, opacus, uastus, altus, uolucris,
magnus, curuus, fuluus, cæruleus, gelidus,
pruinofus, rapidus, stellans, conuexus, flam-
miger,

niger, splendens, atlanticus, ignifer, stellifer, asriger, obliquus, nemorosus, amathius, profundus, sydereus, sublimis, flammifer, pulcher, cœlestis, astrifer, fulgens, amonius, vitalis, glacialis, ardens, flammans, radiās, stelliger, lucens, mollis, rutilus.

Olympus mons est Macedoniæ altissimus, & qui propter sublimitatem uidetur contingere nubes. Olympus.
Hinc plerunq; accipitur pro cœlo.

Omasum.

Pingue, Horat. lib. 2. Serm. Vile, Horat libro primo epist. Centipelle.

Omen.

Occultum, Claud. Occulto fallitur ille omine.

Omentum.

Album, Iuven. Satyra 13. Pingue.

Omentum est illud tenue pingue, quo integuntur uentriculi atq; intestina omnium animantium, præterquam oua gignentium. Omentū.

Omphale.

Mæonis, lyda, lydia, ipudica, formosa, adultera.

Omphale fuit regina Lydorum, cuius amore usq; ad eò exarsit Hercules, ut ea iubete fusos et lanas rudibus illis manibus qbus porteta subegerat, attrecta uerit. Omphale.

uerit. Quod ei magno dat probro Deianyra apud
Ouid. & Propert lib. 3.

Onager.

Afininus, timidus, segnis.

Onus.

Vastum, collosicum.

Onyx.

Lubricus, crassus, leuis, candidus,
candicans, myrrheus.

Onyx.

Onyx gemma est habens candorem unguis hu-
mani, aut uas unguentarium ampulle marmorea
simile. Reperitur etiam in foeminino genere.

Opes.

Attalicae, auidae, magnificae, superbae, miser-
re, regales, cræsiæ, fluxæ, auratæ, dites,
uiscosæ, iniquæ, inopes uirtutis, excultæ, let-
ues, munificæ, sisyphicæ.

Opium,

Soporiferum, Est enim herba uim habens som-
nificam. Apul. lib. 8.

Opobalsamum.

Candidum, Statius lib. 3. Syl. Gratum.

Oppidum.

Arduum. Mant. Oppida cepisti sublimibus ar-
dua saxis. Opprobrium.

Opprobrium.

Amarum, Archirenius. Et amara opprobria
multa, Mœsta uerecundo.

Ops dea.

Turrigera, Ouid lib. 2. trist. Carmina turrigeræ Ops dea.
dicere iussit opi. Idea, Tibullus lib. 2. idea currus
ille sequatur Opis.

Ops auxilium.

Medica, salutifera, innocua, machaonia.
Machonia, à Machaone medico Aesculapij filio, Ops auxilij.
O fratre Podalyrij, qui Philocteten Pæantis filium
Herculis sagitta hydræ ueneno tincta uulneratum
sanauit. Propert. lib. 2.

Opulentia.

Locuples, felix.

Oraculum.

Delphicum, diuinum, pythicum, sacrum,
sanctum, phœbeum, ueridicum.

Oratio.

Numerosa, perblanda, blandiloquens, conciliatrix,
compta, ornata, regina, flexamina.

Orator.

Cathedrarius, potens, suauis, canorus.
Orator, inquit Fabius, est uir bonus dicēdi peritus.
Orbilus.

Orbilius.

Beneuentanus, pligofus.

Erat enim fauguinaria in difcipulos feueritatis.

Orbis.

Intortus, tortus, apertus, fpatiosus, frugifer, globofus, circulatus, refigus, obliquus, finuofus, auarus, patulus, retundatus, vel flexus, flexus, curuus.

Orbita.

Curua, Martianus, Capella. Ambiat & quantos orbita curua globos.

Orca.

Angufta, Perſius Saty. 3.

Orca. Vas eſt fictile lata aluo, ore & fundo anguſtis, longiore collo, in quod inter ludentes pueros qui inuicem inieciſſent, erat uictor. In eo etiam condebantur olim ſaſamenta, unum olcum, & ſalgama. Erat peculiare Hiſpanis. Varro apud Nonium. Sed ubi conditum uinum nouum orcae in Hiſpania feruore muſti rupte. Nomen traxit ab orca marina ſimilitudine. Diminutiuum eſt orcula. Cato de re Ruſtica. Cuminum, foeniculum, rutam, mentam in orculam condito.

Orcaes.

Orcades,

Naufrage. Orcades insulæ sunt septentrionalis, Orcades.
 oceani ultra Britanniam & Hyberniam, triginta
 numero.

Orcus.

Pallidus, stygius, pallens, nil miserans, lu-
 ridus, niger, rapax, formidabilis, fuscus,
 seuerus, sceleratus, feruus, immensus, tenet
 brosus, dirus, auarus, turbidus, miser, um-
 brosus, tartareus, letheus, infernus, trepit-
 dus, improbus, tristis, immobilis, luctifonus,
 uorax, durus, inuisus, teter, nigrans, mon-
 strosus, ingens.

Ordeum.

Triticeum, Columella lib. 9. Quæ cum ordeo tri-
 ticeo minuto Creta obijcitur.

Oreades.

Agrestes, Ouid lib. 8. compta, salientes.

Orestes.

Agitatus furij, agamennonius, tristis, scelerat-
 tus, insanus, natus Agamennone, ultor patris,
 argolicus, sarmaticus, inanis mentis, miser, tur-
 bidus, matricida, rapidus, pavidus, furiosus, ar-
 giuus, timidus, pelopeius, demes, agamennonides.

Orestes.

Orestes. Orestes filius fuit Agamēnonis & Clytemnestrae
 qui matrem occidit, in ultionem patris sui, quem
 illa prius interfecerat. Propter quod patricidium
 agitatus est furijs, quibus non ante purgari pot-
 tuit quā ad aram Dianæ tauricæ perpetratū fecer-
 lus expiaverit.

Orexis.
Orexis Feruida, olens, rabida. Orexis dicitur esuritiō.

Organa.
 Thebana, mollia, mistica, delitiosa, obscura, sa-
 cra, solennia, bacchæa, candida.

Orichalcum.
 Durum, nitidum. Orichalcum dicitur es aurei
 coloris

Orion.
 Nimbosus, aquosus, ensifer, deueexus, infestus,
 pallidus, niger, nubilus, rutilans, rutilus, aureus,
 tristis, obscurus, uenator, atrox, insanus, super-
 bus, neptunius, occiduus, seuius, crudelis,

Orion. Orionem poëta fabulantur natum ex urina Iouis
 senem fuisse cultorem parui agelli, cui quā decissent
 liberi, Iouem & Mercurium hospitio susceptos, ro-
 gavit, ut filium darent. Quod quā fecissent, Hierus
 ipse

ipse puerum natum uocauit Vriona. Deinde mutatione primæ literæ Orion dictus est. Ouidius libro 5. Fastrorū. Hunc Hierus quia sic sic genitus, uocat Vriona, Perdidit antiquum litera prima sonum. Ex crescens deinde euasit uenator maximus adhaesitq; Dianæ.

Orithyia.

Pandionia, rapta, Attis id est attica, eumolpis, eumolpæa, erichthis.

Fuit enim filia Erichthei regis Athenarū, qui Pandioni successit in regno. Hanc Boreas rapuit, raptā tulit in Thraciam, ex eaq; suscepit Zethum & Calaim, qui cum Argonautis Colchos nauigauerunt & harpyas fugauerunt ex regno Phinei. Propertius lib. 2.

Ornamentum, & Ornatus

Pulchrum, superbus, pulcher, magnificum.

Ornus.

Rigida, sterilis, peliaca, excelsa, aëria, proceras, annosa, uiridis, dura, solida, frondosa montana, teres, comans.

Ornus arbor montes amat, nascitur in saxosis montibus. proceras est, & tamen infrugifera. Rugosum & asperum habet corticem.

Orætes.

Crudelis. Rex fuit Parthorū, qui Polycratē Samio-
rum regem uictum suspendit.

Orontes.

Celer, babylonius, syrus, eous, imbellis,
mitis, longinquus, rapidus.

Orontes

Fluuius est Syria, quam determinat ab Antiochia.

Orpheus.

Thracius, thrcicius, uocalis, rhodopius,
apollineus, ismarius, oëagrius, othrysius,
blandus, citharista, biston, mellifluus, dulci-
sonus, melicus, sonorus, blandiloquus, dulci-
canens, pangæus, riphæus, bistonius, thræx,
canorus.

Orpheus.

Orpheum Apollinis & Calliopes filium Poëte
faciunt principem musæ lyricæ, adeo ut fabulenter
delinitas eius cantu arbores suis se locis exeruisse,
sensificatas cautes egisse choros, fluuiū cursum con-
hibuisse, exarmatas feras posuisse feritatem, & alia
id genus incredenda. Quod idè fictum est, quoniā
agrestes & beluino propè ritu degentes homines
ad meliorem uitæ cultum redegressent.

Ortus, pro oriente.

Eous, puniceus, roscus, rutilus, phæbeus,
lucifluus, nitidus, purpurcus.

Ortygia.

Breuis. Delos insula prius uocabatur Ortygia, à
multitudine cothurnicum.

Ortygia.

Oryzon.

Decliuus, Archit. Diuidit innumeris speram det
cliuus oryzon.

Os.

Roscum, clamosum, niucū, loquax, pulchrū
ambrosium, cultum, blandum, fulgidulū, ar
gutum, canorū, nitens, sydereum, melleum,
renidens, purpureū, formosum, nitidū, ebur
num, dulcisonū, facundum, disertū, iucundū,
dulciloquū, lepidum, suauiloquū, lacteū, rus
bicundū, flexaminū, serenatum, querulū, ruti
lum, cycneum, dulce, harmonicū, melicū,
idalīū, egregium, madidū, auidum, superbū,
molle, floridū, decorum, mellifluū, uenustum

Os ossis.

Durum, nodosum, candidū, nodatum, solidū
prædurum, album, canum.

Ossa, mons.

Pinifera, arctoa, ardua, gelida, frondens,
æria, nemorosa, thresæ, thessala, naualis,
glacialis, abrupta.

Mons est Theſſalia abundans pinis arboribus.
Fit inde adiectiuum oſæus.

Oſculum.

Dulce, fragrans, hians, luſtrans, obuium,
molle, anhelum, humidum, furtiuū, roſidum
dilectum, blandum, gratum, pugnans, ebrū
laſciuum, ſemihulcū, preſſum, mulceū, amicū
delitioſum, mite, pudibundū, charū, inſidioſū

Oſtentatio.

Inanis, Adrianus Cardinalis. Vt hac induſtria nō
inanem oſtentionem queſiſſe uideamur.

Oſtrea.

Delitioſa, ſpumofa.

Oſtrum

Sarranum, tyrium, purpureum, coruſcum,
ſidonium, aſyrium, ſuperbum, ſanguineum,
imbelle, puniceum, agenoreum, rutilum, res
gale, nitens, precioſum, pictum, ardens, ge
tulum, pœnum.

Oſtrum.

Oſtrū dicitur color conchilij muricis, & purpure

Oſyris.

Oſyris

Sanctus, frugifer, pius, pharius, auricomus,
cœleſtis, lacer corniger, nudus.

Oſyris filius fuit Iouis ex Niobe Phoronei filia
ſucceſſit

Successitq; Phoroaco in regno Argiuorum. Profectus ad Aegyptios Isidem seu Io filiam Inachi duxit in uxorem, ibique varias artes docuit. Unde post mortem unâ cum uxore relatus est in numerum deorum. Hunc autem interfecit Typhon frater inuidia accensus.

Otho.

Mollis, lasciuus, seuus, famosus, turpis, pathicus.

Fuit Otho Imperator, qui Galbae successit, homo Otho. munditiarum penè muliebrium, uulso corpore, faciem quotidie rasitare, & pane madido linire solitus, ne barbatus fieret. Victus à Vitellio apud Bembriacum, ausus est mortem sibi consciscere, quamuis multas adhuc haberet copias, possetq; sperare uictoriam. Quod fecisse odio bellorum ciuilium dicitur. Propterea Mart. lib. 6. eius mortem Catonianè anteponit. Cato enim interfecit se Uticæ, copijs iam profligatis ne in hostes incideret. Otho uero integro adhuc exercitu, ne bella ciuilia gererentur.

Othomanus

Atror, Mant. Christigenas Othomanus atror premit Hellade capta.

Othrys.

Nemorosus, niualis, canus, piniger, amathius,

niuofus, theſalicus, nubifer, gelidus, nubilus,
Mons eſt Theſſalia, ut oſſa pelion, & olympus.

Ouidius.

Pelignus, Sulmonis alumnus, Peligni alūnus,
inops, ingeniouſus, præceptor amoris.

Ouidius.

Ouidius Naſo natus eſt in Sulmone Pelignorum
oppido, Aprili menſe, eodē die quo Tibullus. Puer
adhuc, quū magnopere procliuiſ eſſet ad carmen,
ad oratoriā facultatē à patre diuerſi non potuit, niſi
per quædā interualla. Tres habuit uxores. Primam
in adoleſcentia dimiſit, & cum ea diuortium fecit.
Secundā parum ſtabili connubio ſibi coniunctam re-
liquit. Tertia fuit Perilla, quam maxime omnium di-
lexit, & in arte poëtica docuit. Scripſit uaria poe-
matum genera. In Metamorphoſi ſecutus eſt Pa-
theniū Chium poëtā. Scripſit ſex Faſtorum libros,
quos ad Germanicū Druſi filiū miſit. Idē tamen ait
duodecim à ſe cōpoſitos. De amoribus libros tres
Libros artium amandi & remediorū. Præterea in
Ithin, de obitu Druſi epigrāmata. Opus de natura
piſcium, & quædam alia. Item & tragediā Medæ
nomine. Relegatus eſt ab Auguſto in Pontum, uel
propter libros de amoribus, quod laſciuioſes eſſet,
uel propter adulterium cum Iulia Imperatoris filia.
Verſatus

Versatus est in exilio annos septem & amplius, in quo tantum gratia apud barbaras gentes sibi meruit, ut in eius obitu Getæ & Tomitani lachrymas cohibere nequiverint. Quum Geticum sermonē & Sarmaticum didicisset, poemata scripsit Getica lingua. Mortuus est in exilio.

Ouile.

Tenerum, Franc. Petracha, Pinguibus arêtes, tenerisq; ab ouilibus arcent.

Ouis.

Balans, lanigera, pellita, infirma, cornigera, placida, puida, immunda, imbellis, blanda, tenella, hirsuta, mollis, mitis, uelligera, saliens, mansucta, scabra, fecunda, canusina, bidens.

Oues.

Oues quadrupedum sunt mitissima. In admissura si foeminas cupiunt, austrū obseruat: si mares, aquilonem. Oues Arabicae caudam trium cubitorū per humū uoluunt. In Chio sunt minutissima inopia pabuli, quarum tamen lacte caseus fit laudatissimus. Agni statim à partu matrem agnoscunt, circaq; illā petulca gestiunt lasciuiā. Proba oues debēt esse corpore amplo, molli & denso uillo, uentre pilloso, cruribus humilibus. Omnes infirmo sunt capite. Viuūt annos decem. Arietes agnas fastidunt, senectū ouium consecretantur. Generant in utroq; sexu à bimatu ad nouenos annos &c.

Ouum.

Leue, teres, tractabile.

Rauisij de litera P.

PAbulum.Pingue, letum, dulce, herbidum,
cereale, mite.**P**achynus.

Pachynus Trinacrius, siculus, excelsus, crassus.
Est enim promontorium Sicilie Peloponnesum
spectans. Verg. lib. 3. Aeneid.

Pactolus.

Pactolus Rubens, diues, lydius, radians, aurifer.
Fluuius est Lydia, qui olim ramenta aurea fertur
habuisse. Lucan. lib. 3.

Padus.

Padus Tumens, populifer, phaëtonteus, gelidus, cer-
ler, uagus, toruus, torrens, rapax, uenetus,
exudās, trifidus, præpes, olorifer, phaëtōtius.
Padus fluuius est Italiae, nobilis ruina Phaëtontis,
qui eo decidit, alio nomine uocatur Eridanus.

Padusa.

Padusa Vluipara, phaëtontea, rauca.
Fluuius est quem alio nomine Massanicum appella-
nt. Quidam Padibrachium esse dicunt.

Pæan.

Potens ueri, canorus, iucundus,
sacer, apollineus.

Pæan-hymnus erat dicatus Apollini, ut dithyram Pæan-
bus Baccho, iulus Cereri, rheæ lytiæsa, hypæ-
pus Diane.

Pegasus.

Ales, uolaticus, aërius, meduseus, gorgoneus,
prepes, uolans, cornipes, uolucer, celer, ali-
ger, fugax, bellorophontæus.

Pegasus fuit equus alatus Neptuni & Medusæ Pegasus.
seu Gorgonis filius, quo Bellerophon expeditionē
sumpsit contra Chimæram. Hic saxo in Helycone
pedis unguia percusso, fontem nomine Hippocrenē
elicuit. De hoc Ouid. lib. 3. Fast.

Palamedes.

Naupliades, miser.

Fuit enim filius Nauplij regis Euboie, qui fraus Palame-
de Vlyssis interfectus est à Græcis. Hic tēpore belli des-
Troiani quatuor literas inuenisse ξ θ φ χ. Inue-
nit etiam ordinem aciei, dationē signi, & tesseras.
Ouid. lib. 13.

Palatium.

Altum, ornatū, fuluum, aureū, saxeū, turritū.

F 5 Palatum.

Palatum.

Auidum, tenerum, molle.

Palea.

Pinguis, leuis, inanis, exigua, ornata, exilis,
fertilis, uolans, stridens, triticea.

Palemon.

Atamantiades, thebanus, naufragus.
Palemon. Fuit enim filius Atamantis, qui quum uideret patrem furiosum, unà cum Ino matre in mare dedit se precipitem, amboq; facti sunt pelagi nomina, ut fabulantur poeta. Hic Palemon alio nomine uocatur Melicerta. Ouid. lib. 13. palemon.

Doctus, Iuuenalis Saty. 7.

Palemon Vicentinus fuit grammaticus, Romæ floruit, & professus est sub Tyberio & Claudio principibus, tanta uir arrogantia, ut M. Varronem potius cum appellaret, iactaretq; secum & natus licetis, et secum item moriturus. Fuit & deditus delitijs. Sed pius lauabatur in die, nec sumptui poterat sufficere, quanquã ex schola quadragena annua caperet, & non multo minus ex re familiari. Flagrabat & libidine in mulieres usq; ad oris infamiam.

pales.

Fœcunda, rustica, pastorum domina. Sacras teluristis.

luristris, grandæua, montana, placida.

Pales dicitur dea pastorū. Sacra eius uocabantur Pales.

palilia, seu parilia transmutatione litera. Hic dies natalis erat urbis Romæ à pastoribus cōditæ. Pro/ Pert. lib. 4. Vrbi festus erat, dixere palilia patres. Palilia:

Hic primus cœpit mœnibus esse dies. Genus sacri/ scij erat, ut accēsis stramenticijs fascibus ignē saltu trāsili-rēt, posteaq; lac biberēt, q̄ fructus est pecoris.

palestra.

Graminea, olympiaca, liquida, nitida, uncta, pinguis, catenata, nuda, ledæa, mollis, for/ tis, herculea, argiua, dura, spartana, ma/ dida, agilis, decora, amphionia.

Palestra dicitur luctatio, qua Græci olim exerce bantur. Hinc palestrici dicebantur, motus, festusq; Palestrici.

formabant, ut in palestra essent recta, ne indocta ru/ stice uē manus, ne qua in proferendis pedibus insci/ tia. Porro moris erat, ut luctaturi ceromate, id est, oleo cerato perfunderentur, quos qui ungebant, uocabatur ceromatistæ. Hinc palestra uocabatur, liquida, uncta, pinguis. palestrita.

Lubricus. Martialis lib. 5. Nec perdit olcum hibernus palestrita. palilia.

Fumosa, Persius, Et focus, & porci, & fumosa palilia fœno. Puerilia. Palimurus

Palinurus.

Palinurus. Iafides, Iasij filius. Fuit gubernator nauis Aetnae, qui dum obrepente somno dormiret, incavatus decidit in mare, neq; tamen tunc primū submersus est, sed quum portui (qui Velinus postea dictus est) adnaret, ab incolis pro belua marina obrutus est. Virg. lib. 5. Aeneid.

Palla.

Palla. Tenarea, tenuis, hiacynthia, splendida, lutes, tyria, sidonia, punicea, aurata, fulgēs, Palla dicitur honeste mulieris uestimentum. In Gallia viri etiam utebantur hac ueste.

pallas.

Docta, seua, armifona, tritonis, bellipotens, belli praeses, intacta, bellicatritonis, bellatrix, torua, seucra, innuba, egysona, innupta, aspera, corusca, armata, doctifica, prudens, animosa, bellicosa, filia Iouis, fera, furens, casta, doctiloqua, ausonia, amœna, armigera, belligera, anguitenens, daedalea, predocta, scyrius, littorea, ferox, glaucopis, saïs, ithonis, prouida, halca, daedala.

pallas.

Niueus, formosus & albus instar niuis. Virgil. lib. 1.

libro 10. Ipse caput niuci uultum Pallantis & ora
 Ut uidit. Filius fuit Euandri, interfectus à Turno.

pallium.

Sericum, coccineum, philosophicū, onerosum.

Pallium uestimētum erat Græcis peculiare. Hinc Pallium.

Palliate comœdiæ, quæ scriptæ sunt secundū ritus
 & habitus Græcorum palliatorū. Palliati & pal
 liolati dicuntur induti pallio. Pallium quoq; uesti
 mentum philosophicum. Diminutiū est palliolū.

Et aduerbium palliolatim.

pallor.

Viridis, terribilis, obscurus, albus, luteus,
 buxus, marcidus, buxans, exanguis, tacit
 tus, deformis, infernus, lucidus, similis buxo,
 truculentus, exanimis, languidulus, albescēs,
 sepulchralis, plumbeus, liuidus, gelidus.

pallus.

Teres, saligneus, ligneus.

palma.

Ardua, olympiaca, nobilis, florida, uictrix,
 foliata, uirens, rugosa, uiridis, elæa, tremula,
 egregia, amœna, ægyptia, triumphalis, sul
 na, umbrosa, idumæa.

Palmis

Palmarum
considera/
tio & na/
tura.

Palmas abundat Iudæa. Reperiuntur etiam in Egiptu, sed steriles in maritimis Hispanie fructu ferunt, sed inmitem. dulcem in Africa, sed statim eius nescit. Orientales ex his uina conficiunt, & nonnullæ gentes panem. Terra feruida & sabulosa habet frugiferam palmam. Gaudet & riguis. Coma eius est in cacumine, & pomum non inter folia, sed inter ramos. In certaminibus palmam, signum esse placuit uictoriæ: quoniam ingenium eiusmodi ligni est, ut urgentibus, prementibusq; non cedat.

Palma, manus.

Rosæ, albens, tenella.

Palmes.

Lætus, methymneus, uiridis, tener, longus, fructuosus, uber grauidus, nysæus, uitifera lentus, opacus, racemifer, frondens, fructuaris, nobilis, falernus, pampincus, uernus.

Palumbes.

Palumbes,

Fauca, aërie, torquata, plausitantes, tenere.

Palumbes distant à columbis multis modis, sed etate præcipue. Viuere enim palumbes ad tricesimum annu, aliquos ad XL. Aristoteles est autor. Vno tamen incommodo unguium eodem, & argumento

Columba.

senectæ. Columba octonis annis uiuunt sicut & turture.

taures. Dicitur autem palumbes & palumbus uirili genere.

Torquati autem dicuntur à torque colli ornamento, Torquati. quod eo uelut insigni quodam splendeant.

Palus.

Crassa, placida, luxa, pigra, torrens, limosa, stagnans, liquida, uda, caua, nigra, uasta, scæda, lenta, sordida, bibula, lata, placida, piscosa, cœnosa, madida, curua, spurca, rimosa, putrida.

pampinus.

Viridis, tener, prorepens, uinifluus, mitis.

pan.

Custos ouium, tegeus, lycaeus, hirtuosus, rusticus, deus pecoris, arcadius, potens nemorum, manalides, tellurister, semifer, capripes, montiuagus, arcas, cicuticæ, pauidus, montanicola, rurester, cornualongus, rubens, ruricola, bicornis, arcadicus, soliuagus, syluiuagus, aruiuagus, corniger, lupercus, agrestis, semicaper, querulus, uelox, montanus, proteruus, pecorum deus.

Pan deus est Pastorum, qui fingitur habere cornua in

nuā in similitudinem radiorum solis & cornuum
 lunæ. Facies eius rubet instar aëris. Pars corporis
 inferior est hispida propter feras, arbores, & uir/
 gulta. Habet et pedes capreos. Fisiulam primum ser/
 ptem disparibus calamis composuit. Colebatur in
 Lyceo, & Menalo montibus Arcadiæ & tota Ar/
 cadia. Festa eius dicebantur lupercalia, fiebantq; in
 Aucentino monte, mense Februario, quorum autor
 fuit Euander propter Romulum & Remum nutritos à lupa.

panacæa.

Odorifera, potens. Herba est cuius succus mor/
 bis omnibus medetur, ut uocabulum ipsum indicat.
 Plinius. Panace ipso nomine omnium morborū re/
 media promittit.

panchaia.

Pinguis, diues.

pancratium.

Panera/ Durum, Propertius lib. 3. Genus erat ludicri
 tium. certaminis, & exercitamenti. Eo qui se exercebāt,
 Panera/ uocabantur Pancratiaste. Gellius ait unum ex li/
 tiaste. beris Diagoræ Rhodij fuisse pancratiasten.

panis.

Triticæus, fursureus, prædulcis, frumentatus, in
 rulentus, rubidus, cibarius. Pannothij

Pannonij.

Feroces, Stat. lib. Syl. Pannoniusq; ferox, arcuq;
horrenda fugaci, Armenia.

pannus.

Textilis, Pontanus. Nudaq; textilibus uelauit cor-
pora pannis.

pantagia.

Fugax.
Fluuus est Siciliae.

panthera.

Ferox picta. Ouid. lib. 3. Meta.

Pantheris uersicolores sunt maculae, qui color Pantheris
cunctas quadrupedes sollicitat, sed oris toruitas de-
terret. Propterea capite ipso occultato Pantherae,
reliquas feras dulcedine illectas corripiunt. Feruntur
habere in armo similem lunae maculam crescentem
in orbem, & pari modo curuantem cornua &c.

papauer.

Cereale, uescum, laethaum, fecundum, sopo-
riferum, grauidum, plenum sopore, agreste,
frigens, medicatum, luteum, purpureum.

paphos.

Florifera, cypria, celsa. Vrbs est in Cypro insula Paphos.

papilla.

Tenuis, decora, habilis, tumida, candens,

undiflua, aurcola, tenera, lacteola, nitida,
 uescula, gemmea, niuea, bella, furtiua, altrix
 sublustris, teres, gemipoma, pomosa, horrida,
 aurata, rosea, lactans, lactea.

papyrus.

Bibula, egyptia, niliaca, tenuis, fragilis,
 uiridis.

In lacunis Nili nascuntur iunci, ex quorum tenuissi-
 mis fissuris contextuntur chartæ, & uelæ, & uestes
 & stragula. Est autem papyrus frutex ille ibidem nas-
 scens. Dicitur & papyrus in neutro genere.

paradyfus.

Sacer. Sidonius. Iam te circumstant paradyfimi-
 lia sacri.

paralytus.

Edax, impurus, inanis, pernoctans.

parca.

Concordes, iniquæ, ueraces, ueteres, nentes,
 dura, nigrae, immites, celeres, nocentes, ini-
 mica, seua, lanifica, tetrica, ueridica, auir-
 pia, fera, immota, stygia, rapaces, tristes

Parca tres feroces, moere.

Parca seu dea fatales dicuntur à Poëtis, Clotho
 Lachesis

Lachesis, Atropos. Finguntur autem Demorgonis filie, secundum Tullium Herebi & Noctis. Alio nomine uocantur fata. Dicuntur metiri uitam hominū fufis & staminibus, quæ ex sua colonent et deducūt. Hinc uocantur lanificæ.

pardus.

Celer, uolucer, pernix, leuis, fulmineus.

Pardus bene olet quo odore cætera fera inuita / **Pardus**
te propius accedunt, quas ille inuolat. In Caria & Lybia reperuntur admodum prælongi, animo imbelles, saltu agiles, pelle adeò dura, ut ferro non cedat. In prioribus pedibus quinos habet digitos, posterioribus quaternos. Fœmina frequentior est inuētū. Ex Pardorum genere bitis, qui si à muliere aspiciatur, eam in morbum adducit.

Paries.

Latericius, cementicius, muscosus.

Paris.

Dardanius, phrygius, perfidus, famosus, Alexander, troianus, priamides, Idaeus, adulter, Phryx, lasciuus, priameus, troicus, iudex deorum, lamedontæus, temerarius, potens, fatales, iliæus, roseus, procax, dardanus, incestus, semiuir, pulcher, formosus.

Paridis
educatio.

Paris seu Alexander filius fuit Priami & Hecubæ, autor belli Troiani propter raptū Helene, quā uiolato iure hospitij furtim sustulit Menelao. Quod exitium prægnaus Hecuba futurum senserat. Somniauerat enim quum esset grauida se parituram facē qua tandem aliquando conflagraret Ilium. Quod quum intellexisset Priamus, natum infantem iussit exponi. Nihilominus mater miserta pueri propter elegantem formam quam præ se ferebat, curauit, ut u: furtim nutritur à pastoribus in Ida monte. Vbi quum adoleuisset, Oenonen uirgunculam adamauit & compressit, suscepitq; ex ea duos filios. Fertur præterea fuisse iustissimus in dirimendis controversijs, adeò, ut orta inter deas Iunonem, Palladem & Vencrem disceptatione de forma, propter aureū pomum à Ioue cœlitus demissum, in quo scriptum erat. Detur pulcherrima, iudex sit constitutus. Quas quum uidisset nudas, sententiam tulit secundum Vencrem, quæ pulcherrimam feminarū eidem promiserat. neglecto regno, quod pollicebatur Iuno & contempta quā Pallas offerebat, sapientia. Cæterum Achillē in Apollinis templo sagitta, confixit & interfecit. Demū ipse occisus est à Pyrrho Achil-
lis filio. Fuit enim peritissimus sagittarius &c.
Palmæ

parma.

Cava, fulva, bellica, creta, cruda, calata,
pista, alba.

parma, urbs.

Martia, id est bellicosa, armigera.

Parmenides.

Elelates, Theodoritus. Huius autem sodalis Par Parme
menides cleates eandem ferme sententiam confirmavit. nides.

parnasus.

Arduus, biceps, bicornis, biuertex, niualis,
bifidus, bicollis, gorgoneus, altus.

Parnasus mons est Phocidis Apollini sacer & Parnasus.
Baccho, duo habens uertices uelut distinctos mon
ticulos. De quo Lucan. lib. 5.

paros.

Marmorea, candens, rigida,
delphica, niuea.

parthenius, fluuius.

Rapax, Ouid. lib. 4, de Ponto.

Parthenope.

Euboia, decora, incluta, egregia,
alta, insidiosa.

Non est semper syrenis nomen, sed & urbis. Sy/ Parthe/
renis nomen Ouid. in epistolis. nope.

G 3

Parthenopeus.

parthenopeus.

Arcas, crymanthius, tegeus, audax.
 Parthenopeus. Filius fuit Meleagri & Atalante, rex Arcadie,
 qui adhuc puer ad bellum Thebanum profectus, ibi
 dem occisus est.

parthi.

*Leues, pugnaces, animosi, feroces, pileati,
 refugi, fugaces, martij, truces, uolucres, po-
 tentes, celeres, fluxi, sagittiferi, immanes.*
 Parthi. Parthi populi orientales sagittis adeò claruerunt,
 ut fugientes à tergo iacularentur, auersisq; sequen-
 tes hostes lederent perinde ac aduersi.

parthus.

Grauidus, tener.

pascha.

Sublime, sacrum, sacratum.

pascua.

*Leta, herbosa, rosida, frigida, pinguis, uiri-
 dantia, foecunda, fruticãtia, fumantia, humida.*

pasiphae.

*Asinaria, filia Solis, minoa, monstrifera, gno-
 sia, dira, adultera.*
 Pasiphaë. Pasiphaë filia fuit Solis, uxor Minois regis Cre-
 tæ, que nefando tauri amore deflagrauit, cui bene-
 ficio

ficio Dædali concubuit intra uaccã lignẽã inclusa,
 & septa iuuençæ corio. Ex quo concubitu natus est
 Binotaurus monstrum biforme. Neronis principa/
 tu inter cetera ludicra spectacula taurus Pasiphaën
 in lignæ iuuençæ simulachro abditã iniijt, ut multi
 spectantium crediderunt. passer.

Argutus, saltitans, soliuagus.

Passeres salacißimi sunt & argutissimi. Vita ijs Passer.
 breuißima. Mares diutius anno non uiuere argu/
 mentum est, inquit Plinius: quia nullus apparet ini/
 tio ueris. Nigricies, quæ est in rostro æstate incipit.
 Fæminis longior paulò uita.

passus.

Rapidus, uolucripes, uagus.

pastor.

Montiuagus, uagus, pauper, durus, monta/
 tus, egenus, uigil.

patauium.

Antenoreum, Ab Antenore conditum, Latum.

patella.

Lata, pura, lauta, uncta, fragilis.

patera.

Spumans, micans, patens, capax, gemmans,
 nitens, effigiata, aurea, aurata.

G 4

Patibulum.

patibulum.

Patibulū. Execrabile, Lactan. Atq; execrabili patibulo fūgeretur. Patibuli supplicium infame est, quo humiles & infimi affici solent. Hinc patibulatus Plautinum uocabulū, id est, suffixus cruci. Capitur etiā pro serra lignea & instrumento uindemiatorio.

patientia.

Patientia. Lenta, fortis, tranquilla, constans. Patientissimus apud Athenienses fuisse fertur Socrates: apud Lacedamonios Agesilaus: apud Romanos Pomponius Atticus. Aristippus ad eum qui ob uerba in iram cum eo uenerat, ait: Ne queso à uerbis propter iram discedamus, sed potius ab ira propter uerba. Idem cuidam maledicenti, ait: Tu maledicendi dominus, ego audiendi &c.

patina.

Patina. Grandis, fistilis. Vas est in quo dapes elixæ & iurulentæ feruntur ad mensam, à patēdo, ut liquet. Hinc patinarij gulones, quarum deus uenter est, & animus nusquam alibi quàm in popinis.

patrimonium.

Patrimonium. Unctum, id est pingue & opulentum. Catullus. Aut qd hic potest nisi uncta deuorare patrimonium. Patrocius.

Patroclus.

Astorides, descendens ab Actore. Ouid. lib. 13.

Menecides. Menecij filius.

Patroclus Locrensis Menecij filius fuit, qui cū Græ Patroclus.

cis ad expeditionem Troianā profectus est, & ibidē

Achillis armis indutus, interfectus est ab Hectore.

Quod ubi rescivit Achilles, tametsi propter creptā

sibi ab Agamennone Briseidē, abstinere bello con-

stituisset, nihilominus mutato proposito, redijt ad

bellum, nec prius quicuit ex animo, quā socij mor-

tem uindicauerit.

patronus.

Sollicitus, Plautus in Mœnech. Sollicitos pa-

tronos habent.

pauimentum.

Testaceum, tessellatum, uermiculatum, asaro-

tum, lithostratum, subdialia.

pauo.

Pictus, laudatus, iunonius, gemmeus, eximius,

sydereus, regius, rotans caudam, speculosus,

pupillans, oculcus, samius, superbus, inachius.

Pauo concipit tertio uitæ anno, quo ferè uarietate Pano.

colorum induitur. Viuit annos XXV. Gloriosus

est & inuidus. Erecto pennarum stabello seipsum

G 5 miratur.

miratur. Fimum suum resorbet, hominum inuidens
 utilitati. Eius caro dura & concoctu difficilis. Col
 umbas amat mutuo. Pauonem cibi gratia primus
 occidit Romæ Hortensius orator &c. Poëta fabu
 lantur oculos Argi fuisse inditos caudæ pauonis, à
 Iunone, cui sacer est ipse pauo. Ouid. lib. 1. Meta.

pauor.

Humilis, molestus, gelidus, horribilis, trepi
 dus, fœmineus, penetrans, cæcus, dubius,
 terrificus, sollicitus, degener, lymphaticus,
 amens, tremulus, acerbus, exanguis, clini
 guis, piger, tristis, seuus, timidus.

pauperies.

Importuna, dura, immunda, inculta, gracil
 lis, iniqua, aspera, arcta, atra, uerecunda,
 popularis, humilis, exilis.

paupertas.

Fœcunda, plebeia, seua, audax, horrida,
 iniqua, infelix, maligna, sobria, contracta,
 dura, humilis, uaga, mala, indiga, ambi
 tiosa, inops.

pax.

Innoxia, placida, tranquilla, tuta, in
 cruentas

eruenta, concors, candida, quieta, serena,
 composita, alma, bona, togata, leta,
 aurea, blanda, ignava, felix, amica,
 sancta, mitis, dulcis, niuea, sydereas,
 innocua, syncera, laurigera, genialis,
 amoena.

pecten.

Eburnus, argutus, cythoriacus, rarus, amphi-
 bianus, niliacus, dulcis, leuis, orpheus,
 auratus, eburneus, canorus, aurcus, blandus,
 præniten, dentatus, resonans, uocalis, uolucer,
 tyrius, thessalicus, flexaminus.

pectus,

Muscosum, eburnum, nitidum, pulchrum,
 niueum, candens, eburneum, decorum, candidum,
 delicatum, calidum, candidum, tenerum,
 cordatum, lacteolum.

pecudes.

Lenigera, muta, stolidæ, auidæ, fecundæ,
 terrestres.

pecunia.

Mutuatica, formosa, preciosa, parens uitij, iucunda,
 dilecta, funesta, obscena.

Pecus.

pecus.

Grauidum, molle, imbecillū, uagum, turpe,
pingue, lanigerum, pauidum, infirmū, fœdū,
lasciuū, lanatum, efferū, montiuagum, corni-
gerum, uile, sordidulum, lusitans, stolidū.

pedes.

Teneri, ambrosij, uagi, fugaces, albentes,
nitidi, niuei, tenelli, lactcoli, candentes, agi-
les, faceti, argentei, eburni, aureoli, molles,
formosi, celeres.

pedites.

Auxiliarij, scutati.

pedum,

Incuruum, formosum. Baculus est pastoralis.

pelagus.

Patens, sonans, apertum, spumans, nauiga-
bile, iacens, spumosum, insanum, tumidū, un-
dosum, sinuosum, uagans, tumens, stagnans,
surdum, furens, infidum, uastum, sonorū, mi-
nax, fluctisonum, humens, deucalionæum.

Peleus.

Aemonius, id est, Theſalus. Statius libro 2. Syl-
Peleus. uarum, Neptunius, Pthius. Filius fuit Acaci
& Aegine, qui Achillem genuit ex Thetide.
Peligni.

Peligni.

Salubres, Ouid. lib. 2. Eleg. Populi sunt Marsis Peligni.
 finitimi, quorum metropolis est Sulmo. Eorū urbs
 est Pelignum natalis Ouidij locus.

pelicanus.

Officiosus, Pelicanus ubi pullos suos necatos ui Pelicanus.
 det à serpentibus, latus sibi fodit rostro, & educto
 sanguine, uitam restituit mortuis. Voletaranus ait
 Pelicanum esse, quem Plinius Plateam uocat. Est
 autē Platea auis aquatilis conchas deuorans, quas
 ubi calore uentris concoxit, euomit.

pellex.

Probrosa, Gellius lib. 4. Horrida. Iuuen. Sat. 2.

pellis.

Lanata, hirsuta, uillosa.

Pelops.

Tantalides, truncatus, dardanus, seuus, per-
 iurus, phrygius, lacenus.

Pelops filius fuit Tantali regis Phrygū & Tay- Pelops.
 getæ, quem pater coxit, & dijs comedendum appo-
 suit. Sola tamen Ceres reliquis abstinentibus come-
 dit humerum. Vitæ demū restitutus Pelops, hume-
 rum accepit eburneum. Bellū gessit cum Oenomao
 Achæie rege, propter Hippodamiam eius filiam,
 quam

quã deperibat, et petebat uxorẽ. Victus Oenomaus.
Pelopi filiã promisit, si eam uinceret certamine euri.
li. Accepta lege Pelops Myrtilum aurigam Hippo-
damia corrupit, eiusq; beneficio uictor euasit, et con-
pos uoti factus est in Hippodamia.

peloris, piscis.

Fatua, id est, insipida Mart. lib. 10

Pelorus.

Piscosus, angustus, siculus, ausonius, celsus,
sicanius, tumidus, altus,
Pelorus. Promontoriũ est Sicilie Italiã uersus, dictum à
Pelori gubernatore nauis Anibalis ibidẽ sepulco.

pelta.

Lunata, erata, amazonica, thermodontica,
informis, amazonia, horrida, falcata,
Pelta. Pelta dicitur clypeus Amazonum in modum lu-
nae recuruus. Hinc Amazones dicunt peltifere &
peltata.

peluis.

Patula, Iuuen. Saty. 3. Ut sint contenta patula
effundere pelues. Vas est aquarium in quo proprie
pedes lauantur, quãuis etiam dicatur de alijs rebus.

peluium.

Paludosum. Vnum est de septem hostijs Nili Arat.
biant.

biam separans ab Aegypto. Hinc Aegyptij uocantur Pelusiotæ & Pelusiaci.

penates.

Nitidi, patrij, casti.

Penelope.

Difficilis, candida, Icaris, pudica, casta, icariotis, pia, fidelis, argolica.

Penelope filia fuit Icarij, castitatis adeo incorruptæ, ut absente per uiginta annos marito Ulyssæ, nullis procorum blanditijs, nullis pollicitationibus ad uiolandam (quam marito promiserat fidem) potuerit induci. Quum autem acrius instarent amatores, eos hac conditione deludebat, ut tum se promitteret nupturam, ubi telam, quam habebat in manibus, absoluisset. Quam conditionem posteaquam acceperant illi, mulier astuta, quod interdium texuisset, noctu retexebat.

Penelopes
castitas.

penetræ.

Arcanum, cauum, secretum, sacrum.

peneus.

Stagnans, thessalus, canorus, amœnus.

Fluius est Thessaliæ, Macedoniam dirimens à Peneus.
Magneſi.

Magnesia. In eius ripa poëta fabulantur Daphnem
in laurum fuisse conuersam, que propterea uocatur
Pencia. Fluit ex Pindo monte testante Ouid. libro
primo Meta.

penna.

Præpes, leuis, trepidans, picta, mobilis, præ
ceps, alacris, uelox, uaga, uersicolor, uolut
cris, pægasea, stridens, uolitans, celer, acris.

penſa.

Mollia, reuoluta, longa, ferrata, uolubilia
uoluta, grauiâ, lydia.

Penthesilæa.

Furens, martia, sanguinolenta, fera, furibund
da, Mæotis, bellatrix.

Penthesilæa. Regina fuit Amazonum, ab Achille occisa in bel
lo Troiano. Hæc enim muliebrem aspernata mollit
ciem, operibus semper que uirum decent innucrita
est. Fuitq; uexillifera & ad auxilium Troianorum
turmas equitum duxit.

Pentheus.

Echionides, exlex, superbus.

Filius fuit Echionis regis Thebarum & Agæus
qui dum Bacchi sacra contēneret, à matre ceterisq;
Menadibus interfectus est.

Pent.

penu.

Locuples. Persius Saty. 3. In locuplete penu defen-
sis pinguibus umbras.

Penula.

Scortea, id est, pellibus facta. depicta.

Penula uestes erant seruatorum & pauperiorum. Op- Penula
time texebantur in lana appula. Ea utebantur ad ar-
cendam pluuia. Galba amico roganti penulā, Non
pluit, inquit, Non opus est tibi. Si pluet, ipse utar.

Peplum.

Purpureum, Fluens. Peplum seu peplus ue- Peplum
stis erat sollennis, quæ uiro uel foemina iniiciebatur
Lactantius Grammaticus ait: Peplū dici uestem can-
dore eximio, aureis distinctam clauis, sine manicis,
quam uestitores deorum simulachris iniiciebant. Hoc
uestimentum primo instituerunt Athenienses. Texe-
batur matronarum manibus, intraq; triennium nu-
mini offerebatur, sed Mineruæ imprimis. Seruius ait
pallam esse foemina Mineruæ consecratam.

perdica.

Aemathius, quoniam rex fuit Macedonia.

perdix.

Garrula, picta, dædala, id est ingeniosa, Cacabās
Tho. Radinus. Sturnus pifitans, perdix cacabans.

H

Peri

Perdices aues sunt salacissime. Oua deperdunt matres, ne cura incubatus uenerem impediatur. Ad aucupus accedunt, uel deditioem facturae, ut pullis tentis proripiunt sese, eosq; sequuntur, & uoce acclamant. Fœmina paritura, stipulis & multa terra se circumuallat aduersus insidias. Septimo die pullos excludit. Parit oua XV. Sacra est Ioui & Latonæ. Paphlagonie perdices dicuntur esse duplici corde, autor Theophrastus apud Gellium.

perfidia.

Tartarca subdola, latens, lybica.

pergama.

Alta, neptunia, teucra, rhoeteia, dardania, phœbea, ardua, troica.

periculum

Seuum, dubium, anceps, exitabile, inextricabile, amarum, exitiale, triste, horrendum, laboriferum, funestum.

pericles.

Grauis.

perillus.

Tauri fabricator uiolentus, opifex tauri, inferlix, seuus.

Consultus

Consultus enim à Phalare de tyranno Agrygē
tinorum quonam modo fontes exquisitissimo tor-
queri possent supplicio. Suasit faciendum esse taurū
enē quo inclusi, suppositis flammis adurerentur
mugitus bouum imitantes Quod audiens Phala is,
autorem primum omnium suo puniuit inuento. Oui
dius lib. 5. Tristium.

perna.

Fumosa, Horat. lib. 2 Scr. Debilis. Statius
libro. 2. Syl Suilla.

perniciēs.

Grauis, insanabilis, tremenda, grassans, tristis
Persæ.

Insidi, uaniloqui, achæmenij, arfacide.

Persæ & Parthi populi sunt orientales, luxu & deli Parsæ.
tius corruptissimi. unguentis madent, gloriam in bi-
bendo querunt, & quanto plus bibunt, tanto plus
sitiunt. Dediti sunt crapulis, uescuntur cicadis. Fœ-
tido sunt halitu, propter indiscretos cibos, & nimi-
um haustum.

persis.

Gemmifera, pharetrata, barbara, Danaëia
eoa, diues.

Pero. *Crudus, altus. Rusticum est calciamentū è crudo corio. Fit inde peronatus adiectiuum, quo Persius utitur.*

persephone.
Seuera, acerba, regina Herebi, mala, turbi da, sedula, callida, dura.

Perseus.
Iouis satus, imachides, abantiades, Danaëus, acrisioniades, aurigena, aureus, celer, daphneius, aërius, imachus, alatus, stenobeius, ferox, abantius, natus Danaës, fulgens, Danaëa propago, acrisioneus, uictor Medusæ, pennisifer, pennipes.

Perseus *Iuppiter conuersus in guttam auri compressit ex illa Danaëam filiam Acrisij regis Argiuorum, susceptam fuerat expositus, regno detrusit & interfecit. Andromedam filiã Cephei regis Aethiopũ monstro marino expositam liberauit, & Vulcani gladio (qui Harpe dicitur) Medusam interfecit. Prop. libro 3. Ouidius lib. 4. Meta.*

Persica *Dulcia, mitia. Persica dicuntur à Perside regione*

regione his abūdante : nam & illinc primū aduecta
sunt . Habet & Aegyptus persicum arborem simi-
lem pyro.

Persius.

Nebulosus. Aulus Persicus Flaccus natus est Volaterris oppido Ethruria . Floruit imperāte Domitio Nerone . In gramatica præceptorē habuit Rhemniū Palemonē . In Rhetorica Flauium Virginiū . Probis fuit moribus et egregia uite integritate . Composuit Satyras sex in quibus testimonio Martialis maiorē promeruit laudē, q̄ Marsus in tota sua Amazonide . In his imitatus est Lucilium . Mortuus est nondum completis annis XXX.

Peruicacia.

Adamantina . Thomas Radinus . Tenens adamantinā saxea mentis peruicaciam.

pestilentia.

Loethalis, urens.

Pestis.

fluida, ignea, noxia, seua, gelida atra, rapida, feruida, inimica, auida, tabida, misera, stygia, infesta, dira, tristis, acerba, fera, loethalis, atrox, mortifera, uiolenta, improba, maligna, minans, dura, dānosa, feda, grauis.

uis, turbida, lœthea, tetra, aëria, lœthifera, stygia, sanguinea.

pestum.

Tepidum, odoratum, æquorcum, biferum.
Pestum. Pestum oppidum est in Lucania, bis in anno fructus quosdam, & in his rosas pariens.

petilia.

Parua, Virg. lib. 3. Parua philoctetæ subnixæ Petilia muro. Oppidum est conditum à Philectete, de quo etiam Syllus lib. 12.

petræ.

Scyronides, à Scyrone latrone, quæ Theseus è saxo præcipitavit in mare, ubi ossa eius mutata sunt in saxa, que propterea uocantur Scyronia. Ouidius lib. 17. Metæ.

Petrus.

Clauiger, idumeus, hamiger, solymus.

peuce.

Viridis, Val Flaccus lib. 8. Barbara.
Peuce. Insula est à nomine uirginis Peuces dicta, quam Ister compressit, numeraturq; inter hostia Istri. Alij dictam putant à Peucis, id est, muricibus in eam confluentibus locum.

Phædra.

phædra.

Scelerata, pasiphaëia, cressa, minois, gnosica, thesea, funesta, incesta.

Phædra filia fuit Minois regis Cretæ & Pasi-
phaës, & uxor Thesei, quâ furia Veneris adeò tor-
ruerunt, ut laqueo spiritum sibi interceperit, quod
Hippolyti priuigni, cuius amore impatienter assua-
bat, concubitum non posset exorare. Moriens tamen
scelerata mulier literas reliquit, quibus Hippolytū
stupri arguebat, suæq; mortis uocabat autorem.

phaeton.

Ambustus, magnanimus, Sole satus, proles
clymencia, infelix, hyperionius, encaustus, pro-
nus, audax, deuius, rutilus, errans, stolidus,
temerarius, clymencius, puer Clymenes, fi-
lius Clymenes, combustus, flammatus.

Phaëton filius fuit Solis & Clymenes, qui dum
currum patris temerè regendum suscepisset, equis
insolitum aurigam nec audientibus nec agnoscenti-
bus, fecit ut totus conflagraret mundus. Propter
reâ cælo excussus dedit in Padum, ibiq; submersus
est. Lucret. lib. 5.

phaetontiades.

Clymencides, uirides, populeæ, frondosæ, mi-
seræ, nobiles, longæ.

Phaëton/ Phaëtoniades fuerunt filiae Solis & Clymenes,
tiades. quæ nimia doloris impatientia dirigerunt in popu-
 los, quum ruinam fratris impatientissime ferrent.

phalantus.

Tanagraeus, à Tanagro fluuio Lucaniae. *Lædeus,* id
 est, *Laconicus,* Clarus, *Lacon.* Horat libro sci-
 cundo Carm.

Phalantus Phalantus fuit Lacedæmonius, quo autore et prin-
 cipe Spartani Tarentum condiderunt.

phalanx.

Phalanx. Numerosa, animosa, dira, uexilligera, sarisigera,
 Phalanx est dictio Macedonica quadratam acie,
 & cuneum militarem proprie significans, quando
 pes pedi, clypeus clypeo, uir uiro, in acie confere-
 batur, qui mos erat Macedonũ peculiaris. Capitur
 tamen pro quouis exercitu. Virg. lib. 6.

phalarica.

Phalarica. Vibrata, metuenda, contorta.
 Phalarica genus erat teli, quod ex phalis, id est,
 turribus ligneis intorquebatur. Erat autẽ præfixa
 ualido ferro in modum hastæ intra trabũ. Cuius ha-
 sta sulphure, resina, bitumine, & stuppis conuolue-
 batur, infuso oleo, quod incendiariũ uocabant, &
 è balista mittebatur.

Phalaris.

phalaris.

Siculus, trux, crudelis, ferox.

Tyrannus fuit Agrigentinarum etate Seruij Tulij, qui quum fontes torreret in tauro aeneo, cuius inventor fuit Perillus, XVI. suae tyrannidis anno a socijs in eundem taurum ipse coniectus est, lingua prius resecta. perijtq; supplicio, quod alijs irrogare consueverat.

phalaræ.

Nitentes, equestres, fulgentes.

phalernum.

Indomitum, seucrum, ardens, uetus, forte, surrentinum, albanum, liquidum, uetulum, annosum, nigrum, setinum, nectareum, calidum, fumosum, molle, lene, campanum, dulce.

phalernus.

Vber, latius, uetus.

Mons est Campania feracissimus optimi uini.

phalisci.

Pomiferi, iunonicoles. Populi sunt Volscorum pomis abundantes.

phaneus.

Antiquus, Mons est in Chio ferax optimi uini.

phao.

Conspicuus, marmoreus, formosus, durus.

Phao fuit pulcherrimus hominum, quem inter la-

*Flucas Venus occultavit. Ferunt oblatum ei ab ipsa
Venere alabastrum unguenti, quo quum se obliuisset,
factus est omnium formosissimus, propterea
admiratus à Mityleneorū mulieribus, sed maxime
à Sappho poetria Scamandronyme filia.*

pharao.

Pharao. Aegyptius, demersus, pharius, superbus, saevus.
Rex fuit Aegypti, qui dum Israëlitas persequeretur,
mare rubrū uirga Moysi diuisum ingressus,
cum toto exercitu perijt & submersus est.

pharetra.

*Cressa, insignis, gnosa, sagittifera, picta, cydonica,
capax, scythica, resonans, amygdala,
apollinea, lycia, leuis, pendens, decora, ha-
bilis, immanis, aurata, uenatrix, hamata,
uenenifica, nitida, trux, setosa, moedica, uer-
sicolor, nitens, pendula, grauida, agilis, mu-
cronigera, thrax, minax, amazonia, gnosa,
coax, seu.*

*Cretenses, Gnosij, Cydonij, Scythae, Spartani,
Lycij, Thraces, Moedi, & omnes ferè populi orientales,
peritissimi fuerunt sagittarij. Hinc tracta sunt
quaedam huius dictionis epitheta.*

Pharmacum.

pharmacum.

Ad ipsum. Plutarchus in Symposio septem sapientum uocat pharmaca alima & adipsa, quæ famem obrepere & sitim prohibeant. Pæoniū à Pæone medico peritissimo à quo herbae quoque salutare uocantur pæoniæ. Salutare, auxiliare.

pharos.

Clara, palmifera, excelsa, nocturna, ptolomæa, nuda.

Insula est Aegypti contra Nili ostia à nauclero Menelai ibidem sepulto, nuncupata. In ea Ptolemæus rex Aegypti fecit turrim altissimam inter septem orbis miracula cōnumera, tātā lentis 800. Nō ad alium usum quàm nocturnos ignes nautarū cur sui ostendendos. Eius operis architectus fuit Solstratus. Lucan. lib. 9. Pharos.

pharsalos.

Aemathis, id est Thessala. Fuit enim urbs Thessalica. Lucan. lib. 6.

phasellus.

Fragilis, Horatius libro 3. Carm.

Fictilis. Iuuenalis Saty. 15. picta, curua. Natiuium est Campanum.

Phasianus.

Phasianus.

Phasiacus, à Phasi Colchorum fluuio. Phasius,
Schycticus. Iuuen. Saty. 11.

Phasianus Phasiane aues à Phasi Colchorū fluuio sumpserūt
nomen. Geminas ex pluma aures submitunt surri-
guntq; pediculis infestantur, & interimūtur quan-
doq; nisi sese puluerent. De his Martial. lib. 13.

phasis.

Ponticus, limosus, niuosus, ferus, horridus,
gelidus, colchus, rapidus, magnus, scythi-
cus, cœnosus, barbarus, altus, asper.

Phasis. Phasis celebratissimus est Colchorum fluuius:
Defluit in Euxinum mare.

pherecydes.

Pherecydes. Tragœdus, Mant. lib. 1. de cala. tem. Hic poëta
des. perijt morbo pediculari. Plinius, Pherecydes Sy-
rus inquit, copia serpentum ex corpore eius erum-
pente, expirauit.

Philetas.

Cous, Ouid. lib. 1. Trist. Samius.
Philetas. Hic poëta floruit etate Philippi & Alexãdrini Ma-
cedonū. Præceptor fuit Ptolomei Philadelphi. Scri-
psit elegias & epigrammata. Suis carminibus cele-
brauit Battidem puellam, quam adamauit. Fuisse
fertur

fertur corpore adeò tenui, ut necesse fuerit plantis eius plumbū adhibere, ne uentorū flatu raperetur.

Philippus Macedo.

Callidus, animosus, fœdisfragus.

Filius fuit Amynthæ. Athenienses uicit per insidias. Penetrauit in Illyricum. Larissam urbē cepit. Thessaliam aggressus est, & expugnauit nihil sibi timentem. Olympiadem Neoptolemij regis Molossorum in uxorem duxit. Expugnauit Mechonē urbem Magnesiæ, ubi dextrum amisit oculum. Phocenses diripuit & eorum ciuitates. Olynthum urbem, cuius custodes auro corruerat deleuit.

Philippus Macedo.

philistion.

Ridiculus, Mart. libro secundo. Mimos ridiculi Philistionis.

philocretes.

Pæante satus, lærtiades, pæantiades, pæantius.

Filius fuit Pæantis, cui Hercules moriens sagittas suas hydræ ueneno tinctas reliquit. Quarū una uulneratus, ærumnabili dolore excruciatu est. Tandē tamen curatus à Machaone medico.

Philocretes.

philomela.

Daulias, Pandione nata, pandionia, getica, edonis

adonis, flebilis, attica, tristis, ismaris, garrula, sibila, torua.

Pandion.

Pandion rex Athenarum duas habuit filias, Prognen & Philomelam. Harum altera Progne nupsit Tereo regi Thraci, suscepitq; ex eo Ityn filium, quem postea interfecit, & marito comedendum apposuit quod is Philomelam sororem suam, de qua nunc loquimur, stuprasset, eiq; ne proderet facinus, linguam abscidisset. Omnes demum commiserationem deorum in aves commutati sunt. Tereus in upupa. Progne in hirundinem, Philomela in lusciniam.

philtrum.

Pallentia, ignea, seua, morbida, tabida thessala.

phineus.

Phineus Cretus Agenore. Val. Flac. Fatidicus. Phineus rex fuit Arcadiæ ditissimus & admodum auarus, qui mortua uxore Stenoboe, ex qua Palemonem & Philonea suscepit, duxit uxorem Harpalicem Boreæ filiam, Zetis & Calais sororem. Suasu huius Harpalices interfecit filios ex priore coniuge susceptos. Propterea dijs flagitium ulciscens inmissæ sunt Harpyæ aves rapacissimæ cibos eius et mensam turpissime foedantes. Quas demum fugauerunt Zetis & Calais.

Phlegæon.

Phelegeton.

Furens, uastus, tartareus, sciuus, ardens,
 fumidus, apertus, sonorus, inamœnus, igneus,
 uolentus, ater, auarus, rapidus, stygius, nê
 ger, infernus, flammeus, tenarius.

phlegma.

Salsum, aquosum, udidulum.

phlegra.

Tumida, uetus. Locus est in Thessalia, in quo Phlegra
 gigantes à Ioue fulminati sunt.

phocæ.

Turpes, deformes, immanes, tetræ.

Phocæ pisces sunt, qui & mugitu boues marini Phocæ
 dicuntur. Teguntur pilis & corio. Pariunt in terra
 pecudum more, & coeunt instar canum. In somno
 mugiunt. Vnde & uituli meruerunt nomen. Spirant
 & dormiunt in terra. Pelles earum non tanguntur
 ac caelo, teste Plinio.

phocis.

Trifida, sonora, larga, obliqua, humida,
 parua, aonia.

Regio est inter Atticam & Bœotiam, in qua Delus Phocis.
 phi oppidum fuit. Item fons Castalius, Cephisus am
 nis, mons Parnasus, & Apollinis templum.

Phocis.

Phocus.

Acacides, nereius, Phœbas.

Effrena. Phœbades dicuntur sacerdotes Phœbi.

phœbe.

Aurea, latonia, innupta, iaculatrix lucida, &
 lida, nemoralis, clara, candida, nocturnas
 innuba, menstrua, pallida, uaga, argentas
 pulchra, lathmia, uelox, humida, multiuagas
 titania, rosida.

Phæbus.

Aureus, candens, roseus, fatidicus, calidus,
 tener, augur, insignis, canorus, laurifer,
 saluber, terrificus, doctus, lauriger, fatificus
 multifidus, parnaseus, coruscans, potens, nu
 meris, auricomus, sagittarius, flamilucus, pal
 latinus, ephebus, candidus, actiacus, lycius,
 rutilans, salutifer, sagittifer, sonorus, sublimis
 purus, crinitus, uelox, calescens, intonsus,
 nitens, nitidus, igneus, uaniloquus, radiol
 sus, lucifluus, calens, clarus, rubicundus,
 feruidus, ignifluus, omniuomens, rosidus, ut
 gans, lucidus, flammiger, rapidus, delphi
 cus, comatus, ardens, clarius, mira, uagus,
 genialis, coruscus, comosus, titanius, decorus,
 actius.
 Phæmonone.

Phœmonone.

Vaga, arcana. Statius lib. 2. Syl. Fuit Phœ-

bifilia.

phœnix.

Reparabilis, uiuax, nobilis, pharius, longæ-
uus, unicus, auis Solis, gangeticus, assyrius,
soligena, titanius, alumnus Phœbi, æternus,

Phœnicem unum in toto orbe habet Arabia,
aquile magnitudine, auri fulgore circa collum, cæte Phœnix.
ra purpureum. Cauda cærulea roseis pennis distin-
cta, facie cristis ornata, & plumbo apice caput hone-
stante. Quorundã est opinio neminem extitisse, qui
uiderit uescentem. Sacer est Soli. Viuit 660. Senes-
cens casta, thurisq; surculis construit nidum, quem
odoribus replet & super emoritur. Ex ossibus dein-
de & medullis nascitur uermiculus, inde fit pullus,
qui prior funeri iusta reddens, totum nidũ defert in
urbem quandam Panchaie Soli sacram, ibiq; in ara
deponit. Plinius ait, allatum fuisse Phœnicem in ur-
bem Romam Claudij principis censura, Anno ur-
bis 800. Mart. lib. 6.

phœnix.

Amyntorides, qui filius fuit Amyntoris cæcus.
Ouidius in Ibin.

Pholoe.
 Opaca, Stat. lib. 3. Theb. Niuosa. Mons
 est Theſſalia, in quo habitabant centauri.

Phryges.
 Primigenij, Apul. lib. 11. Semiuir. Virg. lib. 12.

Phryxus.
 Nubigena, æquoreus, profugus, grauis,
 aolius, portitor Helles.

Phryxus. Poëta dicunt Phryxū & Hellen eius ſororem,
 Athamantis patris ſurorem, & inſidias nouerca ſi-
 gientem arietem conſcendiſſe, eoq; uectore intraſſe
 mare, Hellen decidiſſe in pontum, Phryxum Col-
 chos perueniſſe incolumem, & arietem Ioui immo-
 laſſe.

Phyllis.
 Rhodogea, thracia, Sythonis, miſella,
 frondosa, impatiens, miſera, auces.

Phyllis filia fuit Lycurgi regis Thraciæ, que ægre
 ferens ſe relictam & ſperctam à Demphoonte filio
 Theſci, quæ unice deperibat, & ab expeditione Tro-
 iana redeuntem hoſpitiſuſceperat, uitâ laqueo pre-
 ſocauit. In amygdalum, poſtea ut fabulantur Poëta
 uerſa.

Dirum. Mant. Mitteret hæc ſceleri tam dira pia-
 culo noſtro. Pica

pica.

Improba, salutatrix, loquax, garrula, diserta
rostricen, canens rostro.

piceæ.

Pingues. Mant. Hic piceæ pingues, odiosa colubris
fraxinus.

picus.

Lenus: quoniam numeratur inter aues inauspica-
tas. Horat. lib. 3. Carm. Martius: quoniam sacer
est Marti. Ouid. lib. 3. Fastorum. Rostricanus,
mauortius, audax.

Picus auicula est ad uncis unguibus arbores ex-
cauans, in quibus pullos educat. Pica dissimilis est
pico. Eodem die comutat uoces. Nidificat in arbori-
bus, parit oua nouem. Expressior est ei loquacitas
quam Psitaco, adamat uerba quæ loquitur. Nec dis-
cit tantum sed diligit. Emoritur uicta difficultate uer-
bi. Et ut nisi subinde eadem audit, memoria fallitur
Plinius ait eas facilius discere, quæ glande uescunt-
tur, & quinos habent digitos in pedibus &c.

pierus.

Diues, Ouid. lib. 5. Meta. Habuit Pierus nouem
filias, quæ Musas ad certamen prouocauerunt, sed Pierus
ab illis deuictus, & in picas mutatus dicuntur.

pietas.

Mitis, egregia, sancta, eximia,
humana, officiosa, clemens, inermis,
casta, cana, tenera, morigeras, illustris.

pigritia.

Iners, lenta, delicata, crispa.

pila.

Volubilis, rotunda, leuis, saxea, plumbea,
sulphurea, fulminea.

A pila dicuntur & pilularij, quos uocamus colu-
brinarios, qui ferreos molares machinis bellacis in
hostes contorquent.

Pileus.

pileum.

Textile, Apul. i. Pileus seu pileum dicitur uirile
tegumentum. Olim serui quum manumittebantur,
capite raso pileum accipiebant. Mart. libro 2. Totis
pilea sarcinis redemi, hoc est rebus omnibus contem-
ptis, peperci mihi libertatem.

Pili.

Fruticantes Iuuen. Saty. 9. Sed fruticante pilo nec
glesta & squalida crura.

pimpla.

Virens, pieria. Locus est iuxta Parnasum sacer
Musis & Apollini.

Pim. l. i. r. 166

pindarus.

Thebanus, Aetheriuagus.

Pindarus princeps fuit Lyricorum apud Grecos, Nouē poë/
Floruit Aeschyli temporibus. Scripsit lingua Dori-
ca, Olympia, Pythia, Nemea, Isthmia. Primus me-
tæ Lyrici.

ruit inter nouem Lyricos, quorū hæc sunt nomina.
Alcaeus, Sappho, Stesichorus, Ilycus, Bacchylides,
Simonides, Alcman, Anacreon, & Pindarus ipse.
Alexander quum Thebas euerteret, & in omnes
sciret sine discrimine, Pindari uatis penetibus par-
ci iussit. Expiasse fertur obdormiscens in gremio
pueri Adamanti, Valerio teste. Vide quoq; Quint.
libro 10 Instit. oratoria.

pindus.

Celsus, thrax, niualis, pinnifer, gelidus, nu-
bifer, perrhebus, à Perrhebe urbe uel Perrhebis
Thessaliæ populis, qui Lapitharum potentia fracti
profugerunt in loca montana uicina Pindo Thessa-
liæ monti. Propert. lib3.

Pinetum.

Nucliferum, Virens.

pinus.

Nautica, florida, syluestris, urens, pontica,
hirsuta, acuta, amans, littora, procera, co-
nigera.

gera, odora, caua, garrula, multifida, capillata, cibelia, berecynthia, conifera, picea pinguis, nutans, ardua, alta.

Pinus. Pinus arbor non floret. Folia habet capillata, que non decidunt. Firmissima est aduersus cariem & tineas. Umbra eius necat germina. Sterilescit, si quis cacumen auferat, nec tamen emoritur. Eius eruce uocatur pytocampe. Excisa nullam remittit soboles sed prorsus emoritur. Propterea Crasus (ut est apud Herodotum in Erato) minabatur se exstirpaturum Lampsacenos pini in more. Aptissima est nauigijs. Frequens est in Atlante, Ida, Lyceo, Simoente, Mænalio & Othry. Sacra est Cybile. Pinastrer uocatur syluestris picus à medio ramosa, ut pinus in uertice. Copiosiorem parit resinam. Folia habet præ tenuia & mucrone aculeata, que non amittit.

Pirythous.

Ixionides, Ouid. lib. 8 Ixione natus.

Audax, Start. lib. 8. Theb.

Pirythous Theseus cum Pirythoo amicitiam iurciurando cõfirmavit, autore Plutarcho, que nunquam diuelli potuit. Propterea finguntur à poetis comitatu indissolubili ad inferos descendisse, ad rapiendam Proserpinam Mart. lib. 7.

Piper.

Piper.

Rugosum, Persius, Satyr. 5. Mordax.

Pisa.

Vndosa, Ethrusca.

Piscæ

Alphææ, ab Alphæo fluuio propinquo Virgilius
libro deciuo.

piscator.

Sollers. Syl. lib. 5. Hamiger, equoreus.

piscatus.

Hamatilis. Plautus in Rud. Post id piscatum hama
tilem & saxatilem aggredimur.

piscis.

Aquosus, fluuiialis mutus, uagus,
Squamiger, saliens, tacitus, equoreus,
tortilis, pinniger, edax, ceruleus,
uidus, amnigena, squamifer,
undicola, fluctigena, flucticola, un
diuagus, saporus, uitreus, flucti
uagus, cupidus, squamosus, nati
tans, marinus, fugitiuus.

piscina.

Marina, Martialis lib. 12. Quales marinæ misit
aura piscinæ.

pifidæ.

Feroces. Sunt populi in minori Asia, quondã Soli
mi appellati.

pistor.

Farinulentus, Thomas Rad. Farinulento cinere
sordidè candidari.

pistrix.

Fera, Cicero in Orat. Occidit Andromache clarã
caput & fera pistrix labitur.

pitane.

Acolia, Ouid. lib. 7. Meta. Vrbs est Acolica, par
tria Archesilai philosophi.

pitho.

Facunda, Lud. Milctius. Huius in ore lepos talis, fa
cũdaq; Pitho. Qualis in arguta uoce Periclis erat.

pituita,

Molcsta, humida, mala.

Pituita.

Morbus est capitis proueniens ex catharro græce
flegma dicitur. Est autem origo omnium languorũ
qui ex distillatione fiunt. Quum expirat extrinsecus
uarios tumores producit. Intrinsicus cohibita uren
tes, edacesq; morbos parit. Hoc morbo affecti di
cuntur pituitosi.

pix.

Narycia, Idea, liquida, dura, cruda, coru
cina,

EPITHETA.

305

cinis, atra, illyrica, pinguis, uapida, indica.
placenta.

Mellita, dulcis, fatua, picentina, tenera,
saccarea, farrea.

plaga.

Hians, maligna, insanabilis, nefanda, crude
lis, sonans.

plaga, rhyete.

Teres, æthola, nexilis, nodosa, dolosa,
mollis.

planctus.

Seuus, tristis, peruigil, segnis, illisus, fœ
mineus, flebilis, fœdus, querulus.

plangor.

Vlulabilis, seuus. Stat. lib. 1. Theb.

planicies.

Supina, aperta, aprica, uasta.

plantapedum.

Tenera, niuosa, modicula, pernix.

platanus.

Sterilis, insignis, umbrans, procera, alta,
syluestris, lata, genialis, frondens, comans,
umbrifera, nutans, opaca, uidua.

Platanus arbor late spargit ramos, sterilis est, nec
ad alium usum olim adamabatur, quàm umbrarū.

quibus adeò placuit, ut mero infuso enutrireretur.
 Hinc genialis uocatur à poëtis. Sub ea celebrabantur
 conuiuia. Nam Plinius scribit Licinium Mutianum
 ter consulem sub una fuisse epulatum cum duo
 deicesimo comite, & Caium principem sub alia
 cum quindecim conuiuis. Poëte fabulantur Iouem
 cum Europa sub Platano concubuisse. Non est alia
 maior eius cōmendatio, quàm solem arcere æstates
 hyeme admittere. Hæc arbor citò germinat, lata ha
 bet folia, iucunda est eius umbra. Erat in usu apud
 Rom. in uilla, aut hortis urbanis ad umbras inambu
 lationū, quæ ad otium literarū primū inuenta sunt.

platea.

Populosa, lata, ampla.

Plato.

Doctus, Horatius lib. 2. Serm. Cecropius,
 Aristonis filius.

plausus.

Peruigil, blandus, sonorus, letus, altisonus, da
 cer, canorus, uenalis, celebris, amœnus, solēnis.

plaustrum.

Voluens, graue, stridens, robustum, stridulum,
 roboreum, tremens, tardum, sarmaticū, que
 rulum, sonorum, geticum, leue, gemens.
 Plaustrum

Plaustrum dicitur currus, in quo palam est & patens quicquid uehitur. Hinc tracta est origo nominis. Sunt qui plostrum dicunt, propter cognationem, quæ est inter au, & o, ut aula & olla, lautus & lotus, cautes, cotes. Propterea Vespasianus, ut est apud Tranquillum, quum uideret Florum uelle emendare consuetudinem priscorum uocabulorum, & plaustrum dicere, quum prius plostrum diceretur, die postero Flaurum salutauit. Horatius plostellum dixit lib. 2. Serm.

Plaustrum

Plautus.

Iocosus, disertus, antiquus.

M. Plautus natus in urbe Umbria, cui nomen Sasina, operam primum pistori locauit, ad comparandum uictum in agendis molis illis, quas trusatiles uocant. Composuit in ipso pistrino quasdam fabulas. Eius **XXV.** Comœdiæ numerantur à ueteribus cum paucis alijs. Secutus est Græcos, Demophilum, Philemonem, & Epicharmum Siculum. Scribendi elegantia claruit in tantum, ut Epius Stolo dixerit Muses Plautino sermone fuisse locuturas, si latine loqui uoluisset. Volcatius Sedigitus de ordine Comicorum scribens, primas tribuit Cæcilio, Plautum cæteris omnibus preponens. Mortuus est paucis annis post Ennium.

Plautus.

Plebs.

plebs.

Auida, ieiuna, uentosa, humilis, pauca, indiga, clamosa, imbecilla, ingloria, misella.

plectrum.

Pindaricum, geticum, nitens, tyrium, apollineum, sonans, modulans, insigne, aonium, lenis, cuans, tinnulum, eburneum, smyrnense, dulce, blandum, radians, auratum, fecundum, sonorum, threicium, resonans, lepidum, directum, uocale, orpheum, canorum, loquax, corneum, molle, garrulum, iocosum, querculum, gratum, eburnum, eolium, lydium, meonium.

pleuron.

Pleuron. Meleagria, Quonia urbs est Aetholice, que fuit patria Meleagri. Stat. lib. 4. Theb.

pleiades.

Pleiades. Imbriferae, lucidae, atlantae, aquosae, nubiles, asperae, madidae, tristes, pluuiae, uerne. Pleiades septem fuerunt filiae Atlantis ex Pleione nymphe, cum quibus Iuppiter concubuit, & postmodum retulit inter sydera, ne uim paterentur ab Orione. Earum nomina sunt Electra, Alcyone, Celaeno, Merope, Asterope, Taygete, Maia, quarum septima uix cerni potest. De his Ouid. lib. 4. Fast. Pluma.

pluma.

Leuis, mollis, tenella, trepida, blanda, tenuis, uersicolor, amyctea, uolucris, tepens, pensilis.

plumbum.

Solidum, liquidum, fuscum, liuens, flexile, graue, uulnificum, liquens.

pluto.

Immitis, ater, stygius, saeuus, dirus, profundus, opertus, moestus, lethaeus, illachrymabilis, niger, imus, saturnius, infernus, rex umbrarum, sumanus, tartareus, toruus, regnator noctis, infernus, dis, dux herebi, ferus, arbiter noctis, tertius haeres, animarum rector, teter, ferox, auidus, opacus, ueiouis, auarus, horridus, umbrosus, superbus, crudelis, cupidus, furuescens, implacidus, rapax, ferreus, tremendus, phlegetontaeus, auernalis, flammiger, lachrymabilis, adamantinus, impius, caruleus, seuerus, immanis, callidus, sulphureus, agesilaus, Clymenus, gener Cereris, elysius, terrenus.

Pluto filius fuit Saturni, frater Iouis & Neptuni, Pluto. quibuscu de regno sortitus inferos adeptus est sort. PRO

te. Proserpinā filiā Cereris rapuit in Sicilia. Poëta
 fingunt furias, parcas, tres iuridicos, cerberum
 Charontem, & omnia inferorum, monstra cum lar
 uis & animalibus eidem subesse.

pluvia.

Tenuis, hyemalis, tristis, hiberna, brumalis,
 cerulea, madens, dulcis.

Plinius.

Salebrosus, facundus. Mart. lib. 10.

pocula.

Mentorea
vasa Fagina, dulcia, spumantia, fumantia, aurea,
 rorantia, munda, gemmata, gemmea, lucida,
 caua, frigentia, aruisia, superba, candida,
 surrentina, fictilia. Mentorea, à Mentore uasce
 lario, hoc est, uasorum artifice peritissimo. L. Cras
 sus orator duos habuit scyphos Mentoris manu
 celitos centum sestertijs emptos: confessus est ta
 men se his nunquam usum esse propter uerecundia.
 Vasa Mentorea consecrata fuerunt Ioui Capitolino
 & Ephesie Diane.

podagra.

Turpis, nodosa, seua, dira, cruda, dura,
 tardigrada, tarda, lipidosa.

Podagra. Podagra dolor est pedum, qui affecti dicuntur po
 dagrici.

Agri. Plinius ait hunc morbum rarum fuisse in Italia, patrum, auorumq; memoria, suaq; iam atate, nec esse incurabilem. Nam in multis sponte desinit, & in pluribus sponte curatur. Si est in genu, uocatur gonogra ab Hippocrate.

pædor.

Fædus, carcercus.

poema.

Pulchrum, dium, facetū, doctum, diuinum, sacrū, tornatū, nugosum, lasciuum, dulce.

pœna.

Tristis, crudelis, horrifica, grauis, amara, dura, languida, cruenta, horrida, saeuera, ultrix, immitis, noxia, misera, uindex, impia, furens, terribilis, immanis, atrox, sequax, culpabilis, uehemens, acerba.

pœni.

Perfidi, fallaces, infidi, truces, leues, rebelles, fulminei, feroces, sicci, fœdisfragi.

pœnitentia.

Metanœa, Mant. Huic geminae comites, spes & metanœa doloris, Conscia perpetui.

poesis.

Sacra, sancta, multiuaga, phœbea.

Pœtæ.

poeta,

Audaces, amasij, solertes, uesani, sacri, docti, celebres, falsi, municipales, nobiles, sacrifici, culti, insani, facundi, emuncti, pierij, mendaces, generosi, diuini, illustres, lepidi, grandisoni, phœbicola, bellisoni, honoratis, leues, altiloqui, nugaces.

polenta.

Cascata, ordeacea, pinguis, uiscosa.

pollex.

Mollis, tener, habilis, niueus, albens.

pollinctor.

Pollinctor. Mæstus, Pollinctores dicuntur funerū curatores, quasi pollutorū unctores. Pollincere enim est mortuum curare. Pollinctum funus dicitur à pollinctoribus unctum.

Pollincere Si à Venere defluens luna, feratur ad Saturnum, faciet pollinctores, id est, qui sepelientium hominū curam suscipiunt, inquit Firmicus.

pollux.

Amycleus, tyndarides, ledeus, pius, oëbalius, therapneus, oëbalius, lacon, tyndareus, pileatus, dioscurus.

Pollux. Pollux filius fuit Iouis & Lede, & frater Castoris, quamuis ambo crederentur filij Tyndarei. Hinc poeta

poëtæ dicunt fuisse immortalē, & nihilominus im-
mortalitatem suam cum fratre mortali diuisisse.

polus.

Astriger, stellifer, ardens, signifer, sidereus
rotundus, conspicuus, astrifer, celsus, nitens
stellans, stelliger, rutilus, nitidus, præceps,
purus, æthereus, serenus, micans, fulgicans,
cœlestis, rapidus, nitens.

polycletus.

Ingeniosus. Fuit eximius statuarius, qui præ/
stantissima & absolutissima fecit opera. Is quantū
reliquos superauit in forma hominum ad ueritatem
effigendam, tantum absuit a ueritate reddendæ for-
mæ numinum, quod Phidie & Alcameni datum est
Signa fecit ex ære nobilitata scriptorum præconio,
ut Astragalizontes, id est, talis ludentes. Fiunt inde
adiectiua, polycleticus & polycleteus. Stat. libro 2.
Syluarum.

Polycletus

polycrates.

Samius. Polycrates Samiorū tyrannus, quum
tota uita felicissimus fuisset, nec ullo unquam uel cor-
poris uel fortunæ affectus damno, ad extremum ab
Oroete persa comprehensus, & in furcā erectus, dor-
cuit cum Solone: Nihil ex omni parte beatum.

K Poly/

Polydorus.

Natus Priami.

Polyhymnia.

Polyhymnia.

Thespias. Vna est Musarum que interpretatur
multiplex cantus.

Polynestor.

Rex Thracum. Ouid. lib. 13. Thraz. Propert.
lib. 3. perfidus, immitis.

Polynestor

Polynestor rex Thracie Polidorum Priami &
Hecubæ filium fidei suæ tempore belli Troiani com-
missum interfecit, ut eius auro potiretur. Virg. lib.
tertio Aeneid.

Polynices.

Oedipodionides Thebanus, ismenius, dirceus
Echionius, cadmeius, cadmaeus, argiuus, in-
fandus, Oedipodionius.

Polynices.

Polynices filius fuit Oedipi regis Thebanorum
& frater Etheoelis, qui quum mortuo patre alter-
Etheoelis. natim principari uellet, nec cederet Etheoelis, con-
tractis ab Adrasto rege Argiuorum socero suo, et
terisq; principibus Achaie copijs, bellum in ipsam
Etheoelē et Thebanos mouit. In quo multis utrinq;
occisis, fratres mutuis quoque uulneribus se conse-
ccrunt.

polyph

Polyphemus

Terribilis, ferus, etneus, trux, enneus, madidus, durus, ficulus, neptunius, cecus.

Polyphemus filius fuit Neptuni, unus ex Cyclopi-
bus monoculus, uescens carnibus humanis, quem Polyphet-
mus.
inebriatū Ulysses excæcauit. Is adamauit Galathæā
nympham à qua spretus, animi dolore Acin quem
illa prætulera, saxo interfecit. De hoc Virg. libro
tertio Aeneid.

polypus.

Varius, Quoniã mutat colorẽ ad speciem subiecti
soli, quem imitatur aſentator, qui ad uoluptatẽ au-
dientiuũ sententias et uerba uariat. Est autem piscis
nomen adeptus à multitudine pedũ. Fraudulentus:
quia petris adherens plurimos pisces prædonẽ non
agnoscentes cassibus furtiue artis includit. Reddit
enim colorẽ petrarum in quibus delitet. Tãta est in-
co uoracitas, ut nec à suo quidem genere abstineat
Carabũ piscẽ expauescit, adẽ ut coniectus in retia
ubi ille fuerit, quandoq; captus statim exanimetur.

Polyxena.

Audax, Priamida. Virg. lib. 4. Filia fuit Priami Polyxena.
e Hecuba, cuius amore captus Achilles, pacẽ pro-
misit Troianis si eam haberet uxore. Quod quũ ex-
raſet.

orasset à Priamo, uenissetq; cū illa in templū Apollinis ad contrahendum matrimonium, ibidem interceptus est à Paride. Quare Pyrrhus Achilles filius in ultionem patris sui intercepti Polyxenā uelut autorem mali, iugulauit ad tumulum ipsius Achilles. Hinc adiectiuum polyxenius.

Poma.

Mitia, agrestia, lapidosa, turgentia, rugosa, turgida, leuia, dulcia, rubentia, cerealia, cerea, maturescentia, olentia, pendentia, radiantia, grata, rosida, pendula, uirescentia, syluestria, phaeacia, uersicoloria, uiridia, mustea.

pomaria.

Vda, pendula, beata.

Pomœrium

Longum. Lucanus. Longa per extremos pomœria cingere muros.

pompa.

Sollennis, uana, aurea, uictrix, preciosa, diues, superba, popularis, splendida, laurigera, inanis, presignis, triumphalis, regalis, principalis, clara, alacris.

Pondus

pondus.

Durum, solidum, urgens, pronum, iniquum
 onerosum, graue. pons.
 Saxeus, ualidus, roboreus, celsus, marmoreus,
 solidus.

Pontus.

Vastus, trux, spumans, ceruleus, scythicus
 uerax, relabens, tumidus, dubius, uitreus,
 apertus, tumefactus, liquidus, immensus,
 minax, euxinus, latus, tremulus, perspicuus,
 rabidus, hibernus, iacens, uagus, uentosus,
 arduus, sarmaticus, horrendus, infestus, gra
 uidus, uesanus, ueliuolus, glaucus, rabidus,
 raucisonus, nobilis, scythes, insanus, frigidus,
 asper, undisonus, uiridis, horrisonus, piscosus,
 marmoreus, undosus, scopulosus, undiuagus,
 spumosus, gelidus, niualis, algens, uirosus,
Acreum, ahenum. Vas est excrementicium ad excipiendā corporis fecē. Aliter uocatur matella.

Scarus.

Obesus, mollis, auidus.

Piscis est qui solus omniū natando uescitur & ru Scarus. minat. Fuit quondam in honore mensarū. Scari capiuntur in mari Siculo et Carpathio. Vide Opiānū.

Scatebra.

Ceca, uluosa.

Scelus.

Infandum, nefandum, exitiale, seuum, immane, nefarium, impium, dirum, profanum, cruentum, inexpiabile, inuisum, horridum, improbum, crudele, inauditum, atrum, foetidum, petulcum, triste, pudendum, tyrannicum, impudens, tetrum, inquinatum, multabile, iniquum, sanguineum, prauum, abominandum, miserum, infelix, mortiferum, detestabile.

Scientia.

Frugifera, Budæus: Aut ad frugiferam scientiam peruenturus.

Scinis.

Scinis.

Scinis Sanguineus, seuus. Scinis latro fuit propè Cortinthum qui summas arbores in terrā complicabat, hisq; alligatos homines discerpebat, truncis cū magno impetu laxatis in aëra. Hūc inter fecit Theseus

Scintilla.

Tenuis, parua, corusca, uolans, ignita, uolatilis, clara rubens.

Scipio.

Ausonius, implacabilis, romuleus, truculentus, rheteius.

Scipio. Scipio Africanus annum XVII. principio secundū belli Punici ductus in castra, circumuentum ab hostibus patrem liberauit. Post Cannensem cladem quā iuuentus dereliquenda Italia cogitaret, ipse gladio supra caput erecto iurare singulos coëgit, se non relicturos patriam. Mortuo in Hispania patre, quā omnes id bellum refugerēt, sponte se obtulit natus annos XXIII. ubi Carthaginem nouam uno die expugnauit. Asdrubalem superauit. Masanisse nepotem in bello captum auo remisit, Syphacem regem ui cepit. Annibalem ex Italia accersitum superauit. Carthaginemq; Romanis fecit tributariā. Reuersus Romam triumphauit. Consul in expeditionē Asiaticam.

ficam profectus, omnia suis auspicijs rexit. Antiochum subiugum misit. Accusatus demum quod prædam Asiaticam non totam in ærarium contulisset, Linternum secessit in uillam suam pertæsus Ingratitudinem urbis. Fuit alter Scipio Aemilianus Pauli Aemilij filius, qui Numantiam euertit, & Carthaginem penitus sustulit.

Scep̄trum.

Superbum, gemmans, aureum, trabale, auratum, preciosum, imperiosum, fragile, uenerandum, regale, minax, fulgens, inuidiosum, regium, rutilans, decorum, eburnum.

Scopa.

Vilis, uirgea. Scoparij dicuntur qui cubicula & cœnacula conuerrunt scopis.

Scopulus.

Turritus, immanis, adæsus, frondosus, confragosus, minax, scaber, durus, muscosus, acutus, tumidus, præacutus.

Scorpius.

Ardens, uenenifer, minax, formidolosus, curuans brachia, pugnax, acer, martius, dirus, horrens, mortifer.

Scorpius bis anno parit, alga uescitur, uarius est.

Icesius medicus dixit stagnorum scorprios nigrantes esse, marinos uerò fuluos. Similitudinem habet cum scorpina. licet Aristoteles discrimen ponat.

Scortum.

Deuium, scorteum, meritorium, diabolare, publicum, libidinosum, exoletum, salax, procax, febriculosum.

Scoti.

Truces. Scoti populi sunt occidentales. Hi etate beati Hieronymi uesciebantur humanis carnibus. Et quum per syluas porcorum greges, & armentorum reperirent, tamen pastorum nates & foeminarum papillas solebant abscindere, & has solas ciborum delicias arbitrari. Hi nullā propriam habebant coniugē, sed pro libidine more pecudū lasciuiebant.

Scrobs.

Atra, caua, obscena.

Scrupus.

Pungens, Thomas Radinus. Per salebrosam semitam scrupis pungentibus.

Scurra.

Loquax, procax, infidus.

Scutum.

Fulgens, ereum, ornatum, macedonicum, ferreū, lunatum, lignē, cauum, auratum.

Scylaceum.

Maufragum . Fuit Athenienſiū colonia in finibus
Italiae à quo ſinus Scylaceus dictus eſt.

Scylla.

Rapax, impia, Nyſeia, informis, filia Nyſi,
frox, nereia, uorax, immanis, truculenta,
informis, latrans, ſicula, phorcis.

Scylla ſaxum eſt, Siculum mare reddens impor
tuolum & plenum periculi, quod aſſiduis aquarum
concurſibus latratum uidetur emitte. Poëta fa-
bulantur Scyllam Phorci filiam mutatam in mon-
ſtrum ſuperne uirginē, inferne uero piſcem, et ſex
caninis capitibus latrans, quū ſe lauiffet in fonte,
quod Circe ueneno infeccerat. Plinius lib. 3.

Scylla.

Scyphus.

Fagus, factus ligno ſagi arboris. Vas eſt potori
um Herculi dicatū, quo ueteres in conuiuijs & ſacri-
ſcijs utebantur. Cælius ait Sciphos quaſi ſcythios, à
ſcythis populis, quibus frequens eſt ebrietas, dictos
Hinc ſcythiſſare, id eſt, inebriari. Inter ſcyphos lau-
dantur in primis Bæotij, quibus Hercules primū in
expeditionibus uſus eſt. deinde Rhodiaci, ſequenti-
bus ſyracuſiis.

Scyphus.

Scyros.

Insula eſt in Aegeo mari in qua

Scopuloſa.

Achilles foeminā mentitus, delituit inter filias Lyco
modis regis, grauidamq; fecit Deidamiam, & ex
ea suscepit Pyrrhum.

Scythale.

Picta. Serpens est tanta præfulgens tergiuarietate,
ut notarum gratia uidentes retardet. Et quol
niā reptando pigrior est, quod assequi nequit miraculo
sui captat. Pellem exiit hiberno tempore.

Scythæ.

Errātes, profugi, campestres, gelidi, acerbi,
uagi, indomiti, sæui. Sythæ populi domos
habent uolubiles in plaustris. Duodenas dies durāt
in fame et siti, uirtute cuiusdam herbe, que uocatur
Spartania. Strepunt equitatus gloria. Quum uidēt
se magnopere indulgisse potui, arcuum chordas pul
sant ut dissolutum uoluptatibus animum ad pristina
nam continentiam reuocent. Vescuntur humanis
carnibus. Hospites immolant, & interfectorum cal
uarias habent pro pateris.

Scythia.

Glacialis, niuosa, gelida, rigens.

Securis.

Acrata, stricta, arboraria, cruenta, amazo
nia, seua, ualida, anceps, sacrificata, grauis
thermo

thermodontiaca, missilis, audax, dura, scythica, uulnifica, rigida, trux, nitida, penthesilea, ferrea.

Seditio.

Turbida, pernicioza, clamosa, misera, intestina, nefaria, procellosa, pronuba belli, rebellis.

Sedulitas.

Officiosa, gnaua, acris, prouida.

Seges.

Grauidas, foecunda, fructuosa, frumentaria, herbida, leta, ferax, cana, tenera, uida, inuulnida, fertilis, uiridis, humida, lybica, spicata, aurimola, luxurians, triticæ, iberas, cinyphia, pbaria.

Segnicies.

Sera, immunda, agra, iners, tristis, disuada laborum, torpens, ignaua.

Senilis.

Palmosa, quoniam urbs est iuxta Lilybæum palmis abundans. Virg. lib. 3. Aen. Senilis.

Semele.

Cadmeis, improba, miserabilis, thebana, formosa, euchia, ab epitheto Bacchi, cuius mater fuit.

O 3 Semen.

Semen.

Pingue, sæcundum, prolificum,
cereale, genitale.

Semiramis.

Pharetrata, formosa, babylonica, longeva.
Semiramis Assyriorū fuit regina, que quum certo
Semiramis intelligeret graue esse populo scœminam pati prin-
cipantem, mortuo marito uirum mentita est, ut tan-
tissemper imperaret, dū filius Ninus, qui per impuberē
ad huc etatem regnare non poterat, adoleſceret reg-
noq; fieret idoneus. Claud. li. 1. in Eutropiū. Porro
tanto libidinīs calore estuauit, ut post mariti mortē
non admisit solum, at etiā prouocauerit ad uenerē
plerosq; ex suis militibus qui forma essent elegan-
tiores, quos postea crudeliter necabat. Prodiit et
nonnulli eā à Nino filio interemptā, quū eius cōgres-
sum appeteret. Et quod omnium longe turpissimum
est equū ab eo adamatū usq; ad coitum. Iuba testis
est apud Plinium. Fuit et iracundia tam uehementis,
ut ei circa cultū corporis occupata, quū nuntiatum
esset Babylonē defecisse, estuans altera parte incom-
pta ad eam expugnandam cucurrerit.

Senator.

EPITHETA.

282

Senator.

Tetricus, longeuus, laticlauus.

Senatus.

Sanctus, grandeuus, prudens, magnanimus,
 purpureus, bellator, trabeatus, clarus, sacer,
 blattifer, nitidus, immobilis, honoratus, qui-
 rinalis, tetricus, augustus, solidus, palatinus,
 pretextus, grauis.

Seneca.

Facundus, praediues, acutus,
 tetricus.

Senectus.

Tristis, turpis, effeta, canens, grauis, inops,
 longa, uetus, tranquilla, tarda, balba, infelix,
 prolixa, matura, annosa, pigra, spatiosa, da-
 nosa, agra, occidua, alba, cana, cariosa, cur-
 ua, non intellecta, queribunda, fragilis, uiuax,
 sobria, longeva, infirma, rugosa, festina,
 sceda, uicina latho, mollis, tremula, incli-
 nata, tremebunda, misera, incurua, indocta,
 indecens, celer, amara, miseranda, frigi-
 da, fessa, iniqua, ueneranda, lassa, in-
 stans, properans, inualida, praecipis, di-
 ra, uenerabilis, uetus, tetrica, secuta,
 O 4 frigescentis,

frigescens, gelida, inimica formæ, squallens,
 odiosa, curuata, erummosa, uicina capulo,
 amara, emerita, circumspecta, insperata, pro
 na, inopina, delira, decocta, cruda, rigida,
 tremens, inaperta fraudi, decorrosiua, pylia,
 tithonia, nestorea, sacra, ceruina, placida,
 leuis, somniculosa, honorata.

Senex.

Parcus, anhelus, longæuus, inualidus, gran
 deuus, exhaustus, obscurus, delirus, matu
 rus, miser, rancidus, squallidus, debilis, an
 tiquus, infirmus, exanguis, reses, uerendus,
 rigidus, fessus, lassus, rancidulus, cariosus,
 foetidus, annosus, tetricus, canus, pellitus,
 tremulus, effoetus, aeger, mucosus, aridus,
 affectus senio, eneruatus, gelidus, rugosus,
 tardus, uerbosus, incuruus, imbellis, decre
 pitus, defloccatus, cerebrosus, exossis, ache
 ronticus, uetulus, hircosus, seuerus, loquax,
 morosus, apricus, uetus, durus.

Senium.

Sterile, tardigemulum, graue, iners, triste,
 deforme, debile, molestum, exangue, graue,
 incers, morbosum, tremens, annosum.

Sensus.

Sensus.

Docticanus, acutus, uitalis,
ludiuagus, uigil.

Sentes.

Inculi, asperi, densi, duri, ha/
mati, hispidi, rabidi, mortiferi,
acuti, rigidi.

Sentina.

Capax, larga.

Sepes.

Longa, hirta, spinosa, fruticosa, syl/
uestris, alta, texta.

Seps.

Tabificus, breuis. Modicus est serpens, cuius Seps.
tamen ictu percussa putrescunt membra. Nã quic/
quid momordit, in putredinem resoluitur. Colo/
rem quem attigit, reddit. Quatuor dentibus arma/
tus est.

Sepia.

Nigra, Sepia piscis est uenenoso morsu. Quum Sepia.
uidet insidias parari sibi, effuso atramento, quod
habet pro sanguine, sese abscondit. Mares uarij
sunt & nigriores, constantieq; maioris. Percussæ
tridente foemina auxiliantur. at foemina icto mare
fugit.

fugit. Sepie atramento tanta uis est, ut in lucerna addito Aethiopes uideri ablato priore lumine tradat Anaxilaus apud Plinium.

Sepias.

Sepias. Longa, Valer. Flac. lib. 2. Promontorium est uel urbs Macedoniae.

Septum.

Rotundum, Mant. Ecce procul septis rutilat domus alta rotundis.

Sepulchrum.

Imum, moestum, triste, mutum, mausoleum, atrum, opacum, fatale, magnificum, gelidum, funereum, excultum, marmoreum, salsum, tetrum.

Sepultura.

Olens, pallens. Mant. Moesta sepultura fuit haec Pallantis imago.

Sera.

Firma, perpetua, belliferata, erata, ferrea, dura.

Serapis.

Serapis. Pharius, id est Aegyptius. Deus fuit qui colebatur ab Aegyptijs.

Seres.

Eoi, colorati, uellere nobiles, longinqui,
extremi, uestiflui.

Populi sunt orientales, qui ex suis arboribus depe Syres.
stunt lanas tenuissimas, quas bombyces uermiculi
arancarum instar conficiunt ex tenuissimis filis.

Virg. lib. 2. Georg. Iustissimi sunt, & ducentesimū
uitæ annum excedunt. Rutilus habent comas, oculi
los ceruleos. Vitant reliquorum mortalium coctus,
frugalissimi & pacatioris uitæ cultores. Aduenis il
luc euntibus ad emenda fila, nulla sermonum uice,
rerum precia solis proponunt oculis. Nihil sibi com
parant aduectitium. Vide Martianum Capellam.

Sermo.

Cultus, grauis, amœnus, uagus, lepidus,
blandus, mitis, politus, dulciloquus, purus,
promptus, canorus.

Serpens.

Ater, squameus, læthifer, plenus ueneno, ni
liacus, areniuagus, exitiosus, asper, aser,
minans, uirulentus, uenenatus, noxius,
latens, formidabilis, dirus, ceruleus,
uenenifer, sauis, horrificus, terrigena,
læthalis,

læthalis, martius, tortus, tumens, flexilis,
 minax, latebrosus, pinnatus, lubricus, cris-
 status, squallidus, nocuus, impius, medu-
 scus, ueneniger.

Serpentes

Indiæ.

In India serpentes in tantam adoleſcunt magni-
 tudinē, ut ſolidos hauriant ceruos, taurosq; . Tanti
 ſunt & apud Rhindacum amnem in Ponto, ut ſu-
 peruolantes quamuis alte perniciousq; alites, rap-
 tas abſorbent. Ophiuſa inſula eſt dicta à multitu-
 dine ſerpentum. Ophis enim Græce ſerpentē ſigni-
 ficat. Vnde Ophiogenæ populi in Helleftonto, qui
 ſerpentum iſtus tactu leuant & impoſita manu ue-
 nena corporis extrahant. Candei populi orientales
 ſerpentibus ueſcuntur: neq; eſt alia regio earum fer-
 tilior. Serpentibus quoq; abundat Africa.

Serpillum.

Odoriſerum, uirens, luxurians.

Serra.

Arguta, ferrea, acuta, ſtridens, dentata,
 rauca, longa, leuis, rutilans.

Sertum.

Florens, luteum, olens, ſpiccum, feſtum, ge-
 niale, molle, floridum, humidum, odoratū,
 cerealeum, gramineum, helyconium, ſcorcum,
 textile,

textile, flauens, stellans, fragrans, roscum,
 uernificum, uiteum, redolens, picturatum,
 madens, halans, insigne, pictum, amarantheū,
 uirens, coloratum, puniceum, radiosum, flo-
 ridulum, intortum, marcidum, frondeum, ui-
 ride, millecolor, rosidum.

Seruitium.

Graue, ægrum, triste, turpe, durum, ne-
 sandum, immite, acre.

Seruitus.

Laboriosa, maligna, misera, poenalis, igno-
 miniosa, miserabilis, infamis, molesta, one-
 rosa, persica, Maryandina, à maryandinis popu-
 lis iuxta Pontū, Paphlagoniæ uicinis, quos serūt à
 Milesijs subactos, & in contemptū fuisse diuēditos.

Serui.

Agiles, sordiduli, fallaces, curiosi, alienige-
 ne, fugitiui, cretati, apolides, ferratiles, sa-
 lutigeruli, mediastini, hercite, saccularij, pi-
 leati, uicarij, insularij, originarij.

Seryphus.

Parua, humilis, plana. Insula est Aegæi maris Seryphus.
 una earum, quæ dicuntur Cyclades: in hanc mitte-
 bantur nocentes, ut in Gyaron.

Sestos.

Sestos.

Sestos. Clara, Musæus. Littore multiuago, propè clare moenia Sesti. Vrbs fuit Hellesponti, patria herus puellæ, quam adamauit Leander.

Setæ.

Comantes, rigide, dure, hirtæ, feræ, strictæ, dumales, tremulæ, horrentes, hircosæ, hispide.

Setia.

Setia. Pendula, clara. Vrbs est Campania ferax optimi uini:

Seueritas.

Acerba, castigatoria, rigorosa, dura.

Sibilus.

Stridulus, horrendus, trepidans, infestus, dissonus, raucus.

Sicambri.

Feroces, flauis, gaudentes cæde, indomiti, detonsi, plaudicola, procellosi, scui, paludosi, terribiles, duri, fortes, proni in armis, infrenes, criniti, intonsi, torui.

Sicambri. Sicambri Germaniæ populi ad utramq; Rheni ripam habitantes, flauos habent capillos, quos (ubi satis creuerunt) quodam artificio in nodum compli-
cant. Mart. lib. 1. Sicani.

Sicani.

Trimares, immites.

Sicania.

Trifida. Claud. Ultima Sardiniam, cirnon, trifidamq; retentat Sicaniam.

Sicilia.

Trinacris, à tribus promontorijs. Ouid. li. 5. Meta. trifida, æolis, frugifera.

Sicoris.

Locuples, Fluvius est Hispania, de quo Luc. li. 4. Sicoris.

Siculi.

Acuti, quoniam pollent acumine et uafricia. Hinc Siculifitare uerbum Plautinum, est astute loqui. Immites, trilingues,

Sicyon.

Oliuifera, quoniam urbs est Achaie, oleo & oliuis feracissima. Ouid. in Ibin. Potens, tyria, pretiosa, alta, graia. Sicyon.

Sidon.

Piscosa, uetus, potēs, tyria, preciosa, cadmea.

Silentium.

Fidele, taciturnum, nocturnum, mutum, horrendum, tranquillum, opacum, tenebrosum, latebrosum, arcanum, rabiosum, pythagoricum.

Silenus.

Silenus.

Ebrius, uetulus, arcadicus, spumans.
Silenus. Fingitur fuisse Bacchus pædagogus & nutricius.
 Sileni.

Sileni. Nysigenæ, geniti in Nysa urbe Indie sacra Baccho.
 Senes. Propert. lib. 2.

Silex.

Durus, ualidus, rigidus, domitus, calcabilis,
 caucaseus, ignitus.

Siligo.

Siligo. Mollis. Satyra 3. Sed tener, & niucus molliq; silu
 gine factus.

Simius.

Proteruus, callidus, simu'ator, parasytus,

Simois.

Phrygius, rapidus, lubricus plinniger, iliacus,
Simois idæus. Fluius est Troadis apud quem Venus ex con
 cubitu Anchisæ genuit Aeneam. Fit inde adiectiuū
 simoentius.

Simplicitas

Rustica, nuda, rudis, uera, niuea, prudens,
 credula, incauta, pagana, inculta, pura, pia
 nescia fraudis, sapiens, candida, uulpina.
 Simulachrum.

Simulachrum.

Aeneum, laruale, ligneum, cæcum, terrenū
lapideū.

Sinada.

Preciosa, lachrymosa, tristis. Ennius. lib. 4.
Sabinarum. Neque triste quæritat sinapi neq; cœpe
moestum. Vbi triste significat amarum.

Singultus.

Lachrymosus, acer, frigidulus.

Sinon.

Fidens animi, periurus, pellax, fallax, di-
tus, cautus.

Sinope.

Opima. Val. Flac. lib. 3. Vrbs est Cappadocia.

Sinus.

Calidus, patulus, tepidus, nexilis, carbasus
blandus, tener, mollis, niucus, ambrosius,
lacteolus, tyrius.

Syrius.

Feruens, læthalis, acer, pestifer, fulgens,
læthifer, malus, puluerulentus, ater, infer-
sus, igneus, calens, ustus, rapidus.

Sirius stella est in ore Leonis æstifera, cuius tempo-
re magna est siccitas fontibus et fluuijs deficientibus.

Sistrum.

Phariacum, sonabile, tinnulum, *egyptium*
 multisonnum, garrulum, isiacum, niliacum,
 memphiticum, bellicum, erisonum, arcum,
 pharium, argutum, stridulum, personum,
 resonans, dulce, crepitans.

Sistrum. Erat enim genus tubæ, quo Aegyptij utebantur
 in sacris Isis, in memoriam Osyris eiusdem ma-
 riti. Tibullus lib. 1.

Sisyphus.

Aeolides, lassus, inquietus, æolius, infelix,
 defessus.

[Sisyphus Sisyphus filius fuit Aeoli, qui ex hospitibus alios
 saxo perimebat, alios calce in aquas precipitabat.
 Propterea hanc apud inferos luit poenam, ut sem-
 per relabentem scopulum ad uerticem montis cogat
 tur uolucere. Ouid. lib. 4. Meta.

Sitis

Ignea, anhela, arida, sicca, arens, tristis,
 aspera, horrida, flammata, acris, auida,
 morosa, ingeniosa, seua, feruida, rabida,
 tantalea, aestiua, feruens, ardens, molestas,
 glutinosa, dira, implacabilis, læthifera, uel
 sana, hydropica.

Situlus.

Siculus.

Aquarius, Congialis. Dicimus etiam situla.

Situs.

Pallens, informis, incers, turpis, immundus
 piger, sterilis, caeruleus, foedus, squallidus,
 languens, putris, annosus, muscosus, pul-
 vereus, miser, redolens, ferrugineus, ater,
 torpidus, furvus, squallens, olidus, gelidus
 trancosus, opacus. Smaragdus.

Viridis, clarus, radians, florens, erithraeus Smaragdus.
 perspicuus, uirescens, uiridans, scythicus.

Smaragdus gēma est præcipuæ uiriditatis, oculorū
 acie mirū in modum recreans. Frequens est in Eri-
 thraæ Scythia, Item India & Cypris arifodinis.

Soccus.

Comicus, humilis, leuis, tenuis, alacer, lepi-
 dus, immundus, muliebris. Est calciamen Soccus.
 tum Comædorū, Inde pro uersu comico capi solet
 ut in his epithetis patet. Diminutiuum est Soccus.

Socrates.

Axyti reus, sapiens loquax, actiueus, cōtumax
 Socrates Atheniensis philophus patrem habuit So Socrates.
 phroniscū marmorariū, matrē Phanaretā obstetri-
 cem. Vxorem habuit Xantippen satis difficilem &
 morosam.

morosam. Victu fuit facili. Dæmonem se habere fã-
tebatur, à quo futura perdisceret. Accusatus po-
stremo ab Atheniensibus: uel quod de dijs male sen-
tiret. aut ut alijs placet ob flagitiosam in pueros li-
bidinem, & in carcerem coniectus Anyto accusans
te, cicutam porrectam hausit intrepide, neglecta
quàm ad patrocinium suæ salutis obtulerat Lysias
oratione.

Sodalicium.

Fraternum. Catullus. Fraternum, uerè dulce
Sodalitium.

Sodalis.

Charus,

Vnanimis.

Sodoma

Infamis. Mant. Infamis uitijs urbes, & sulphure
dignas.

Sol.

Ardens, rapidus, aureus, coruscus, igneus,
flammifer, recurrès, æthereus, ignifer, æstiuus
candens, æstiuans, calidus, purus, acutus, tes-
pidus, ærius, præclarus, radiatus, lucens,
flammas, mitra, floridus, Hyperione satus, ni-
tidus candidus, tepens, magnanimus, corni-
ger, flammeus, uagus, rubens, auricomus,
omni

omnitenens, radians, flammiger, refugus, ro-
 seu, uolans, titanius, hyperionius, rutilus,
 flammiger, ignicomans, flammilucus, auratus,
 multiuidus, sensificus, oculus mundanus,
 torrens autor lucis, phanes, lucifer, apricus,
 enbelans, labens, fulgidus, luminosus, crea-
 tor lucis, salutifer, igniuomus, armatus ra-
 dijs, luteus, lucifluus, feruidus, ignicomus,
 albus, amnificus, proles Hyperionis, siti-
 bundus, rutilans, radiosus, globulentus,
 refugus.

Sodalitium.

Dulce. Lucret. lib. 5. Dulcia permulcent animos
 solatia uitæ. Idem lib. 6.

Sadalitiū.

Solea.

Arguta, ferrea, lata. Capitur pro calceo. Soleati
 dicuntur soleis induti. Et Solearij solearū sutores,
 qui & Crepidarij.

Solea.

Soles.

Purpurei, tepidi, æstiuī, torrentes, rapidi,
 rosei, feruentes, iniqui.

Sollicitudo.

Mordax, dura, concatenata, uehemens, cu-
 riosa. Apuleius lib. 6. de Asino aureo. Sollicitudinē Sollicitudo

Et tristitia facit ancillas Veneris. quod omnis amor sit sollicitus et anxius, plusque tristitia sit in Veneris contubernio quam uoluptatis.

Solitudo.

Auia, deserta.

Solum.

Aureum, sublime, eburnum, insigne, accensum, luculentum, arduum, marmoreum, auratum.

Sollertia.

Lapidea, acuta, subtilis, docilis, peruigil, uigil, sapiens, uiuax, uersatilis.

Solon.

Solon. Iustus, atticus, acteus, cecropius. Solon Salaminius fuit unus e septem sapientibus Graeciae. Leges dedit Atheniensibus, abrogatis illis quas prius tulerat Draco, quod essent seuera nimis et sanguinarie. Voluit ut corpora debitorum non esset amplius obnoxia creditoribus, sed bona tantum.

Solum.

Pingue, sitiens, sabulosum, rosidum, ferax, cretosum, puluerem, luxuriosum, putre, ubere, florens, riguum, humidum, gelidum, fertile, pudulosum, madidum, foecundum, frugiferum, floridum, herbidum, uiride, praeurens, semeniferum.

frū, frigidulū, uirescēs, saxosum, pictū, cultū.
Solstitium.

Humidum, Virg. Humida solstitia, atq; hycmes
estate serenas. Somnium.

Nocturnū, uanū, nigrū, sollicitū, deuiū, cecū,
pallidum, stultum, demens, mutum, inane.

Somnus.

Lethæus, iucundus, dulcis, mollis, saluber, uo
lucer, leuis, soporiferi, pinguis, segnis, profus
gus, facilis, ignauus, placidus, iners, mendax,
tener, irriguus, niger, similis morti, lāgvidus,
tenuis, imbellis, deses, mitis, noctiuagus, piger,
fallax, languidulus, blandus, liquidus, lentus,
omnipotens, similis loetho, quietus, domitor cu
rarum, impavidus, udu, benignus, reses, blan
dulus, dulciculus, noctis amicus, pruriens, uat
nus, anhelus, blandicellus, soporus, languens,
hebes, silens, humens, torpens, lenis, lath
mius, elinguis.

Sonipes.

Elæus, ferox, belliger, martius, acer, præceps,
nobilis, citus, feruidus, impiger, superbus.

Sonitus.

Acutus, boans, tumultuosus.

Sonus.

Perstrepens, dulciloquus, lepidus, uocalis,
flexanimus, pierius, penetrabilis, argutus,
stridulus, querulus.

Sophia.

Sacra, sauera, paradysis, florens.

Sophisma.

Dialecticum, cecum, sinuosum.

Sophista.

Verbosus, clamorosus. Faustus: Si uerbosus tacet
clamosi turba sophistæ.

Sophron.

Sophon. Implicitus, Stat. li. 5. Syluarū. Fuit Syriacusanus
poëta, cuius scripta erant admodum obscura.

Sopor.

Mitis, consanguineus læthi, placidus, segnis,
dulcis, suavis, crassus, marcidus, irriguus,
tacitus, endymionæus, languidulus, mollis,
ignauus, lentus, blandus, languidus, lætheus,
papauereus, lenis, madens, nocturnus, piger.

Soracte.

Soracte. Phœbeum, quoniam mons est in Phaliscis quon-
dam Apollini sacer. Sanctum.

Sordes.

Sordes.

*Fæde, tabifica, olentes, foetida, malignæ,
nigræ, spurcæ, uiles, immunda, putres.*

Sors.

*Ambigua, faticina, uaria, infida, lycia, pro
nestina, fluibunda, ceca, pythica, temulen
ta, fallax, uigabunda, iniqua, lubrica, in
stabilis, maligna, fatiloqua, fatidica, inquieta,
malefida, uiolenta, proterua, incerta, per
niculosa.*

Spado.

Rugosus, tener, fluxus.

Sparta.

*Vetus, clara, herculea, animosa,
libidinosa, menelæa*

Spartacus.

*Vilis, acer. Fuit gladiator thrax genere, ma/ Spartacus,
gnis uiribus præstans, qui collecto exulum & fugi
tiuorum non paruo exercitu, bellum ingens concit
tauit, adeò ut mitti Crassum oportuerit, qui conatū
eius reprimeret.*

Spectaculum.

*Voluptuarium, festiuum, lepidum,
dulce, publica.*

Specula.

Alta Mant. Propterea multo speculis audiuiimus
altis.

Speculum.

Leuatum, coruscans, leue, nitens, argenteū,
mobile, prænitens, collucens, concauum, micās,

Specus.

Defossum, horrendum, lutebrosū, rosidum,
asperum, sinuosum, gelidū, saxeū, obscurū,
tenebrosū, opacū, abditum, scrupcū,
fumificū, atrū, profundū, curuū, ar/
ciatū, tetrum, cæcū, piccū, nigrū,
tophaceū.

Spelæum.

Horrendum, rosidum, uastum, syluaticū,
montanum, cauum, saxeum.

Spelunca.

Atra, immanis, scrupea, tetra, gelida, per/
opaca, occulta, furua, obscura, profunda,
caua, frigida, uiridis.

Sperchius.

Populifer, minax, tenuis. Fluuus est Theſſalie.
Spec.

Spes.

Credula, auida, anxias, animosa, auaras
 stibunda, incerta.

Sphera.

Rotunda, Deiciuis.

Spinx.

Iniqua, aspera, tricorpor, uolucris, infanda,
 ambagiosa, oedipodiana, callida.

Spinx poëta dicunt monstrū fuisse uirginea facie,
 pennis auium, pedibus leoninis, quod olim Thebas Spinx.
 ueniens sequens anigma proposuerit occurrent
 tibus. Quod nam est animal, primum quadrupes,
 bipes demum, postremo tripes. Quod qui non sol
 uerent darentur morti. Hoc autē explicasse fertur
 Oedipus, ac propterea Spingē è saxo præcipitasse,
 Reuera Sphinx animal est Acthiopie monstruosum
 è simiarum genere, fusco pilo, mammis in pectore
 geminis ad homines speciem accedens, solo pilo &
 solitudine feram assimilante.

Spica.

Caduca, frumentaria, cercalis, flauens, gra
 uida, cleusina, cilissa, flaua.

Spiculum.

Gnostū, lucidū, lentū, gortyniū, tinstū felle,
 tinstum ueneno, acutum, sceleratum, seuum,
 tortum,

tortum, rhodopeium, sordens, cydoniū, pennatum, lerneum, uelox, aureum, splendidū, truculentum, ferreum, dirum, sanguinolentū, loethale, ferum, rigidum, apollineum, mucronatum, acuminatum, impium, uolitans, incoctū, intortū, flammeum, rutilans, crudū.

Spina.

Acuta, syluestris, minans, sterilis, acris, cruenta, horrēs, maligna, fera, uulnifica, dumosa, pungens, horrida, crudelis, hamata.

Spinetum.

Densum, inuium, asperum.

Spiritus.

Animalis, uagus, aethereus.

Splendor.

Nitidus, fulgens, flammeus, perspicibilis, tremulus, liquidus, fulgidus, argenteus, auricomus, flammiger, niueus, rutilans, nitens, ignifer, niualis, letus, albus.

Spolia.

Hostilia, hostica, opima, occulta.

Sponda.

Rotunda, nitens, aurea.

Spondeus.

Spondeus.

Stabilis, lentipes.

Spongia.

Punica, levis, madidata, munda.

Sponsa.

Venusta.

Spuma.

Candida, albida, tumens, pinguis, cana,
natans, albens.

Sputum.

Sordidum, inhonestum, crassum, sordens.

Squallor.

Terribilis, agrestis, horrendus, turpis,
ater, annosus.

Squama.

Crepitans, nexilis, promicans, fulgens.

Stabulum.

Spatiosum, opimum, molle, pingue.

Stadium.

Olympicum, olympiacum.

Stagnum.

Virens, refusum, mite, loquax, humidum,
torpens, fugax, olens, opacum, lentum, ceru-
lum, liquens, curuum, splendidum, rutilū, pi-
scosum, cauum, irriguum, dulce, uadosum,
littoreum, undans.

Stamen.

Stamen.

Leue, gracile, candidum, tortum, pelusiacū,
operosum, niueum, sericum, tyrium, lineum,
tenue, purpureum.

Statua.

Aurata, marmorea, inaurata, exanguis,
ærea.

Stella.

Ardens, uaga, candida, fulgens, sydereas,
micans, serena, coruscans, flammigera, ruti-
lans, ignicomans, efflammans, prænitens, lu-
cida, corusca, candicans, radians, fulgida,
insignis, flammea, splendens.

Stella, poeta.

Dulcis, Stat. lib. 1. Syluarū. Picrius, canorus,
facundus. Mart. lib. 12.

¹Stella. Aruntius Stella poeta Patavinus est familia consulari. Romæ floruit eo tempore, quo Flauij Cæsares imperarunt. Violentillam puellam Neapolitanam in uxorem duxit, quæ Græcè Ianthis & Asteris uocatur. Scripsit Elegias, & poemata de interitu columbæ.

Stemma.

Generosum, nobile, auitum, pulchrū, insigne,
Sthenobea.

Sthenobea.

Perfida, Horat. lib. 3 Carm. Sthenobea fuit uxor Præti regis Argiuorum, quæ quum Bellorophontē eximia forma puerum, sed tamen castissimum, cuius amore tota deferuebat, ad coitū nō posset inducere, cum falso apud Prætum ipsum detulit, ut insidiatū suæ castitati. Prætus sceleratæ mulieris accusationi fidem adhibens, Ariobatem regem Lyciæ & Sthenobæ patrem literis monuit, ut iniuriā illatæ filiæ uindicaret, sumeretq; supplicium de Bellorophonte. Itaq; iussu Ariobatis Bellorophon uarijs hostibus et portentis obiectus est. Quorum quum semper euaderet uictor, uenit in gratiā cum Ariobate, adeo ut alterā eius filiam acceperit in uxorem. Quod audiens Sthenobea, seipsam laqueo suffocauit.

Stentor.

Ferox, magnanimus. Fuit Stentor quidā in exercitu Græcorū uocalissimus, qui solus tantum uociferabatur, quantū alij quinquaginta. Sunt qui dicant eum interfectum à Mercurio, quo cum de magnitudine uocis certabat. Iuuen Sat. 13.

Stercus.

Tetrum, olidum, immundum, foetens.

Steropes.

Niger, Is fuit unus è ministris Vulcani, qui dicuntur Cyclopes.

Stesichorus.

Stesichorus.

Stesicho/
rus. Ferox. Stat. lib. 5. syl. Fuit poëta Lyricus ex H^{er}
mera Siciliae ciuitate, qui excecatus quod scripsisset
Helenæ uituperationem, palinodiam cecinit, &
amissum recepit uisum. In eius ore quū infans esset,
cantauit luscinia.

Stigma.

Stigma. Flamman, rigidū, durū, pressū, opprobriosū,
Stigma dicitur infamie nota, quæ propter flagitiū
aliquod inurebatur fronti reorum. Hinc Stigmatici
& stigmatie dicuntur stigmate deformati.

Stimulus.

Amarus, acer, crudus, cruentus, furialis, fe
rus, acerbus, acutus, pungens, trux.

Stipes.

Durus, fistilis, ramosus, nodosus, robustus,
procerus, teres.

Stipula.

Leuis, uiridis, uolans, gracilis, arida, agrestis,
fragilis, crepitans, humens.

Stiria.

Stiria, Turpis, Mart lib. 7. Turpis ab inuiso pendeat
stiria naso.

Stola

Stola.

Longa, matronalis. Stola erat tunica talaris, qua utebantur matronæ. Hinc pudor stolatus, id est matronalis. Mart. Et stolatum permittit meretricibus pudorem.

Stomachus.

Latrans. Horat. lib. 2. serui. Ieiunus. Idem. Ieiunus raro stomachus uulgaria temnit.

Strages.

Cruenta, deformis, acerba, sanguinea, lacera repens, impia, ferox, profana, infanda, horrenda.

Stragulum.

Villosum, aureum, preciosum, pictum.

Stragulum uestis est qua lecti sternuntur, colorum et figurarum multitudine uariegata. Veteres Straguli.
quicquid insternebant, à sternendo Stragulum appellabant. Hinc quandoq; accipitur pro ephippio.

Stramen.

Agreste, molle, durum, rigidum.

Stratum.

Molle. Vir. lib. 8. pictum. Ouid. lib. 8.

Strepitus.

Demens, clamorosus, leuis, horrendus, minax
Q turbidus

turbidus, raucus, sonorus, sonans, horrifonus, malignus, tympanicus.

Stridor.

Acutus, querulus, raucus, horrifonus, terrificus, horrendus, acer, terrifonus, terribilis, sonax, coruscus, horribilis, horrififer.

Strigilis.

Ferrea, rubiginosa. Plautus in Stich. Rubiginosam strigilem, ampullam rubidam.

Strix.

Strix. Nocturna, infauſta, rauca, improba, infanda, taxicola, inferna, noxia, uiolenta. Strix auis eſt nocturna & inauſpicata, que nomen ſumpſit à ſtridore. Hæc infantes noctu inuadit. Plinius ait noſſe fabuloſum ſtriges ubere infantium labris immulgere.

Strophium.

Viride, teres. Nonius ait ſtrophium breuem eſſe ſtaſiam, quæ uirginearum papillarum coërcet errorem. Capitur etiam pro religioſa quadam corona, qua utebantur antiqui ſacerdotes. Plinius. Tenuioribus coronis utebantur antiqui ſtrophia appellantur. Diminutiuum eſt Stropholum.

Strymon.

Gelidus, thracius, geticus, rapidus, fumans
Fluuius

Flavius est Thraicia, à cuius nomine uocantur
Thracæ strymonij.

Studium.

Insomne, sollicitum, uigil, flagrans.

Stupor.

Immobilis, gelidus.

Stuppa.

Carens humore. Virg. in Mureto. Et producit acæ
stuppas humore carentes.

Stuprum.

Stuprum, famosum, incestum, infandum.

Sturnus.

Edax, pisitans, inops.

Sturnis aubus proprium est cateruatim uolare
& quodã pile orbe circumagi, omnibus in medium
agmen tendētib. Maculosi sunt magnitudine me-
rule græce uocantur Psari. Plinius scribit Cæsares
iuuenes Sturnum habuisse græco & latino sermo-
ne docilem.

Sturnus.

Stylus.

Sculpens, ferreus, acutus.

Styx.

Pallens, siticulosa, tristifica, phlegetontea, hor-
rida, cōcaua, tartarea, mortifera, saua, inamabi-
lis, obscura, ima, inferna. nocticolor, liuida,
Q 2 fera

*sera, dira, atra, tacita, profunda, tristis,
tremenda, nigra, furus.*

Suada.

*Mellita, decora. Marullus. Mellita. comitante
dicta suada.*

Suauium.

*Semiulcum, mellitum, sorbilans, patulum,
dulce, pressum, suaue olens.*

Suber.

*Syluestre, multiforum, agreste, multicauum,
frondosum, cauum.*

Suber. *Suber minima est arbor, cuius lignum non solum
non mergitur aquis, sed alijs quoque rebus alligatis
facit ne mergantur. Vsus eius anchoralibus nauium
piscantium tragulis, & cadorum obturamentis, &
in hibernis sceminarum calceatu. Ei folia non deci-
dunt, non facile sentit uetustatem aut cariem, iuuat
tur detracto cortice, quod tamen omnibus fere arbo-
ribus exitiale est. lignum foraminosum est & leue.*

Subsellia.

*Cuneata, tetrica, à gravitate conslum &
iudicum.*

Subulci.

Tardi, hircosi, duri.

Suberra

Suburra.

Feruens. Fuit uicus in urbe Roma in quo meretrices habitabant, quæ propterea uocantur *suburrane*.

Succina.

Pinguis. Iuuen. Satyra 6.

Succus.

Pinguis, dulcis, blandus, sudans, liquidus, tener, præpinguis, riuus.

Sudarium.

Setabū, ab urbe Hispaniæ cui nomē Setabis, quæ agrū habet nomine Spartariū à sparto lini genere. Sudarium dicitur linteū ad detergendum corporis sudorem, & purgandas nares. Diminutiuum est sudariolum. Sudarium.

Sudes.

Præusta, præacuta, terribiles, acute, fraxineæ, erate, tardæ.

Sudor.

Ulotus, immundus, salsus, gelidus frigidus, ceruleus, æstiuus, piguis, sordidus, egregius, madens, impiger, mucidus, anhelus, fluens, inuis, officiosus.

Sucui.

Sueui.

Sueui. Flauis, intonsi, gelidi, truces, crinitis, acres. Sueui populi sunt Germania, qui solebant olim obliquare crinem, nodoq; substringere. Principes habebant ornatiorem capillum quam plebei.

Suggestum.

Sublime. Mant. Suggestum sublime tenent, fuscisq; solutos.

Sulcus.

Alueatus, longus, cerealis, diuilius.

Sulmo.

Sulmo. Gelidus, riuus, aquosus. Oppidū est Pelignorū patria Nasonis.

Sulphur.

Viux, luteum, fumans, calidū, atrū, odorū, gregale, ceruleū, uiuens, uiuū, acre, olens, liquidum, tetrum.

Loca Sulphuris feracia. Nascitur inquit Plinius sulphur in insulis Acolis inter Siciliam & Italiam, sed nobilissimū in Melo insula. In Italia quoq; inuenitur, in Neapolitano, Campanoq; agro, & collibus, qui uocantur Lecu cogabi. Volaterranus ait nunc fossile sulphur esse in agro Volaterrano. Nar quoq; fluius aquas habet sulphureas.

Sumen.

Sumen.

Calidum. Persius. Et calidum scis ponere sumen. Sumen.

Sumptus.

Nepotinus, idest, luxuriosus, diues, hedonius, Sumptus.
 a Spartiano dicitur sumptus pro impensa facta in
 rebus uoluptuarijs.

Supellex.

Munda, preciosa, conchyliata, speciosa, co/
 piofa, lauta, exculta, diues.

Superbia.

Dannosa, truculenta, accensa, uiolenta, uen/
 tofa, uana, tumefacta, titanica, inhumana,
 iniusta, elata, impatiens freni, amara, incauta,
 uesana, intolerabilis.

Supercilium

Hirsutum, triste, arduum, seuerum, durum,
 stoicum, trux, lubricans, nigrum, atrum,
 minax, acerbum, frontosum, truculentum.

Homini, autore Plinio, in supercilijs tristitia, hil/
 aritatis, clemētia, & seueritatis indicatiū est. Hic se/
 dē habet superbia, in corde primū nascens. Veteres
 crediderunt superciliū esse in tutela Iunonis, quod
 his protegantur oculi, per quos luce fruimur, quā
 tribuere credebatur Iuno Lucina inde dicta.

Superciliū
 affectuū in
 dex.

Superstitio.

Vana, anilis, friuola.

Supparus.

Supparus. Mollis. Festus ait Supparum uestimentum esse puellare ex lino. Nos subuculam & camisiã dicimus. Nonius uerò lintheum esse femorale, usq; ad talos pendens, quod subtus appareat.

Supplicium.

Miserandum, durum, miserabile, triste, fustigium, scruum, atrum, crudelic, cruentum, deforme, acerbum, dirum, infame, miserum, horribile, impiũ, atrox, stimuleũ, immane, importabile, turpe.

Suræ.

Teretes, tumentes, turgentes, pendula molles.

Sus.

Immundus, horridus, setiger, glaber, famis impatiens, lutulentus, spumiger, uulnificus, ignauus, solidipes, fulmineus, hispidus, lutosus, obscœnus, brutus, multipara, glandilegus, spurcus, clamosus, agrestis.

Susa.

Susa. Achemenia, pharetrata. Susa susæ, uel Susa, oriũ fuit urbs Persarum metropolis, dicta à Suso fluuio, condita.

condita à Dario Histaspis filio. Ibi fuit regia Cyri
lapide candido & uario, columnis aureis, & lacu
maribus, gemmisq; distincta.

Sufanna.

Sancta . Claud. Sic tibi det uires sancta Susanna
suas. Mant. producit primam.

Suspendium.

Sauum. Mart. Iam suspendia seua cogitabat.

Suspicio.

Tacita, clandestina.

Suspirium

Cruciabile, egrum, anxium, triste, foedum,
gembundum, sedulum, moestum, stridulum,

Sufurrus.

Susanna.

Raucus, mollis, arcanus, tacitus, leuis, blā
dus, occultus, placitus, tener suauiloquus,
querulus, clandestinus, dulcis, tenuis, magi
cus, somnifer, humilis.

Sybaris.

Alta. Vrbs fuit in sinu Tarentino. Vnde Sybarite Sybaris.
gens luxu, delitijsq; adeò notabilis, ut quicquid est
foeminatum, quicquid molle, quicquid accurata atq;
ambitiosa luxuria paratū esset, id uulgo sybariticū
diccretur. Hinc natum adagium Sybaritica mensa

Q 5 de conuiuio.

de conuiuio nimis apparato. Et Sybaritiffare, Sybaritarum ritu delitijs indulgere.

Sibylla.

Rabida, casta, amphryfia, longeva, uiuax, grynea, phœbea, uetus, fatidica, cunea, astri loqua, diuino loqua, fatiloqua, tremula, delphica. Sybilla. Sybille fuerunt afflate uaticino spiritu, & futura præfagientes decem numero. Harum præcipua fuit Cumana, quæ proprio nomine uocatur Amalthæa, à Virgilio Deiphobe.

Sydus.

Aureum, candidum, uagum, cœleste, lucidum, lucens, æthereum, arduum, igneum, conspicuum, coruscum, clarum, uersabundum, micans, celsum, rutilum, uibrabile, uibratum, fulgens, sacrum, gemmatum, liquidum, planeticum, radians, rutilans, candens, nitidum, splendidum, fulgidum, sublime, flammatum, auricomum, radiosum, conspicuum, limpidum, olympicum, formosum, titanium, aureolum, roscum, ardens, flagrans, purum.

Syene.

Exusta, calida, coars, nilioca, fusca, estiuata, pharia, sitibunda, usta, combusta, fera, atra. Syene.

Syene ciuitas est Thebaidis Aegypti prouincie *Syene.*
constituta sub æstiuo tropico. Propterea sole exi-
stente in cancro medio solstitij die supra uerticem ci-
uitatis cadens, nullam prorsus in ea umbram facit.

Lucret. libro secundo.

Sylla.

Potens, sæuus, trux, cruentus, atrox, ferox,
rabidus, uehemens.

L. Cornelius Sylla ab initio quæstor Marij, Iugur- *Sylla.*
tham à Boccho in deditiōe accepit. Sicilia prouin-
ciam habuit. Bello sociali Samnites, Marsosq; supe-
rauit. Consul Asiã sortitus. Mithridatem prelio su-
dit. Archelaum præfectū eius Athenis uicit. Moedos
& Dardanos in itinere superauit. Ciuiles discor-
dias exercuit cum Mario, quem quū apud Preneste
interfecisset, felicem se uocauit. &c.

Syllogismus.

Vncatus, argumentosus, insolubilis.

Syllogismus, inquit Gellius, est oratio, in qua con- *Syllogis-*
sensus quibusdã & concessis, aliud quid, q̄ que con- *mus.*
cessa sunt necessario conficiunt.

Sylua.

Profunda, sonans, uiridis, pinea, arundinea,
horrida, opaca, cædua, glandiaria, aquatilis,
felix, nigra, firmidolosa, salubris, frons-
disera, Lauricoma, umbrosa, fragosa, secreta,
frequens

frequens trabibus, nemorosa, myrtea, palustris, alta, rustica, iugosa, densa, incurva, capax, saxosa, tacens, saxea, uirens, fatidica, comans, rudis, trepida, horrenda, uulsa, nutans, odorata, uernicoma, florida, taeturna, resupina, saxea, obscura, uernans, pinnifera, zephyritis, frondens, auricoma, citria, frondosa, laurea, frondea, quercula, taetita, tenera, lata, laurifera, benigna, aëria, inuia, mollis, horrens, nobilis, frondiflua, picca, aprica, silens, informis, saligna, pomifera, pomifex, fruticans, umbrifera, hispidula, aspera, frigans, comata.

Syluani.

Nemorū potentes, horridi, monticole. Ouid.
libro primo Meta.

Symplegades.

Instabiles, uage, arctæ. Insule sunt in mari Bosphoro, quæ aliquando inter se feriuntur concurrisse.

Syphax.

Syphax. Dirus, Rex fuit Numidarum, qui quum Scipioni per Lelium amicitiam promississet, & postmodum uiolata fide adhæsisset Annibali, uictus ab ipso Scipione ductus est in triumphum, expirauitq; in carcere.

tere. Atq; eo mortuo, regnum Numydicum datum
est Masiniſſæ. Propert. lib. 3. produxit ſecundam.
Syracufa.

Aræthufides, ab Arethuſa fonte. Ouid li. 4. Faſt.
Syrenes.

Acheloides, acheloiades, ſiculæ, leues, tyri
rhone, uolucres, theſſalæ, acheloiæ, impro
be, uagulae, dulces, natantes, blandæ, ſub
dole, molles.

Syrenes à Pœtis finguntur filie Acheloi & Cal
liopes, habitâtes in mari Siculo, ſurſum uerſum uiri
gina forma, poſtrema corporis parte piſces. Earũ
nomina ſunt Parthenope, Lygia, Leucaſia. Hæc
preterea dicuntur tam blandæ & ſuauiſſime canere,
ut cantus dulcedine ſopiant nautas, ſopitos demer
gant. Vide Claud.

Syria.

Pinguis, mollis.

Syri.

Grandes, longi, leues, quoniam magnopere ſunt Syri.
procliuſes in rebus nouandis. Ludis preterea cele
britatibusq; dediti. Perunguntur oleo precioſo, &
linuntur unguentis. Maximam diei partem in co
meſſationibus abſumunt et potu. Maſculi à XIII.
anno

anno, Fœminæ à XII. usq; ad XLV. tributo obli-
gantur, Fortunã colūt, Proni in cachinnos & scom-
mata, diuino cultui satis dediti, operosissimi in hor-
tis. Vnde natum adagium: Multa Syrorum olera.
Syriffare. Nec caruerūt molliciei nota. Hinc Syriffare uerbū,
id est, molliter uiuere. Syrma.

Insanum, barbaricum, tragicū. Vestis erat que
in recitandis grauioribus poëmatis ab histrionibus
trahabatur. Syrtis.

Lybica, uasta, inhospita, getula, dubia, pa-
rtonia, uadosa, uaga, barbaras, ambigua,
æstuosa, naufraga, seua, lepticana, incerta,
asra, fera, inuia, procellosa, infida, arenosa,
Sirtes. horrenda. Syrtes duo sunt loca in finibus Afri-
ca Aegyptum uersus, ubi mare fertur esse uadosum
& importuosum propter aquas reciprocas.

EPITHETA IOANNIS

Rauisij de litera T.

TAberna.

Famosa, obscura, madida, bibula, arcana.

Tabes.

Pallida, nigra, funesta, mortifera, dira, liuida,
crudelis, horrenda, nefanda, fluida, pestifera,
cruenta, lurida, fluens. Tabula.

Tabula.

Seſtilis, picta, uotiuu, apellæa, picta ab Apelle.

Tabum.

Turpe, atrum, nigrũ, cruentũ, putre, craſſum, deciduum, torpens, fluidum, triſte.

Taburnus.

Viridis, magnus. Mons eſt Cãpaniæ ferax oliuiſ. Taburnus.

Tæda.

Pinguis, fumida, carea, lucida, pinea, cœrata, fumans, flammicomans, coruſca, teres, buſtalis, feſta.

Tæda arbor liquorẽ ſeu picem ſtillat, & abundat liquido ſucco. Ea optima ſiunt faciẽs, quæ propterea tæda uocantur, & Ceres tædiſera, quod in perquirenda Proſerpina tædas inflammauerit. Grata erat flammiſ & luminiſ ſacrorum, hanc mares duntaxat ſerebant. Montes amat. Frequens eſt in Calabria. Tæda.

Tænarus.

Spartanus, Promontorium eſt Laconia iuxta Spartam, in quo fertur eſſe uorago, per quam poëta ſinxerunt patere deſcenſum ad inferoſ. Tænarus.

Tages.

Tuſcus, aruſpex, genituſ tellure. Tages primuſ omniũ aruſpicij diſciplinã dedit Ethruſciſ. Ouid. li. vii. Tages.
bro ultimo Meta. Auriſer.

Tagus.

Aurifer, aureus, diues, piscosus, micans, turbidus, clarus, aurifluus, impiger, purpureus, auricolor, hesperius, inuidiosus, locuples, opacus, metallifer.

Tagus. Tagus fluuius est Hispaniæ, qui ramenta aurea quandoq; fertur euoluisse. Mart. lib. 8.

Talaria.

Aurea, Virgilius: Ac primum pedibus talaria nectit aurea.

Talentum.

Fuluum, Pontanus: Conueniunt fuluis, & mutant poma talentis.

Talpa.

Oculis captus, obrutus terra. Vide Virg. lib. 10.
Talpa. & Plinium libro 10. Talpas Græci blattas uocant. frumentum in arca populantur. Similes propè sunt muribus. Terram excavant, in qua effodiunt sibi cubilia. Talpis scætet tota Bœotia, præterquam Coronea urbs, ubi nec gignuntur, nec allati uiuunt. Plinius ait Talpas in Orchomeno cuncta subruere.

Tanaquil.

Præscia factorum, Claud. Latij mouet ora camœnis, Præscia factorum Tanaquil.

Tanaïs

Tanais.

Nivalis, Scythicus, rigens, gelidus, superbus
 frigidus, nuosus, bicornis.

Fluvius est Scythiæ, ex Riphæis montibus deflu Tanais
 ens. Fit inde adiectivum tanaiticus.

Tantalus.

Infidus, proditor, garrulus, pater Pelopis,
 fallax, siccus, phrygius, sitibundus.

Tantalum Iouis filium, & regem Phrygiæ fa/ Tantalus
 bulantur Poëtæ, dijs hospitio susceptis Pelopem fi/
 lium apposuisse comedendum, ut eorum diuinitatem
 expireretur, ac propterea apud inferos perpetua
 siti & fame torqueri, aquis & pomis ori imminenti
 bus, quæ non possit corripere. Vel hoc illi tormen/
 tum inditum est, quod deorū secreta mortalibus re/
 velauerit. Ouid. lib. 4.

Tapetes.

Picti, pulchri, tonsiles, alti, asyrii, purpu/
 rei, picturati, alexandrini.

Taprobane.

Gemmifera. Insula amplissima in mari Indico, in Taproba/
 qua nascuntur Berylli et Hyacinthi. Eius incolæ ex ne.
 cellunt corporum magnitudine, cæruleis sunt oculis
 atroci visu, terrificæ voce, viuuntq; ultra annos cen/
 R tune

tum. Ibidem in anno geminae sunt aestates, habet & elephantos maiores, bellicosioresq; quam India. Praeterea marmor testudinis simile, margaritas multo honore praestantes.

Tapfos

Tapfos.
Erycina, Est enim herba frequens in Eryce monte
Lucanus lib. 9.

Tarentum.

Herculeum, lacedaemonium, molle imbelles, madidum, phalanteum, oebalium, nuctum.

Tarentum

Tarentum urbs fuit Calabriae clarissima, usu purpureae celebris, à Tara Neptuni filio condita. auctorem demum à Laconibus, qui duce Phalanto pulsus prioribus incolis, eam per vim occuparunt, & tenuerunt

Tarrus.

Rapidus, sonans, saxosus, maculosus.
Mantuanus dicit Tarrum fluvium Italiae esse.

Tarquinius.

Tarquinius

Iniustus, dirus. Fuit Romanorum regum ultimus, qui occiso Servio Tullo regnum scelestè occupavit, quo demum pulsus est propter stuprum, quod eius filius intulerat Lucretiae. Fuit strenuus bello Latinos Sabinosq; domuit. Sueffam & Pometiam Ethruscis eripuit, Gabios in potestate redegit. Ex
V oscorum.

Volscorum præda templum Ioui fecit in capitolio.
 Armatos habuit stipatores ad custodiam corporis.
 Feras latinas primus instituit. lacus in circo & cloa-
 cam maximam fecit, ubi totius populi uiribus usus
 est. Capitolium condidit. Ad extremum regno pul-
 sus, ea qua diximus causa, Cumas concessit. Vbi per
 summam ignominiam reliquum uite tempus exegit.

Tarraco.

Romana, quia quum sit urbs Hispanie nihilominus
 condita fertur à Scipione.

Tartarus.

Plutonijs, squalidus, tristis, impius, mæstus
 infestus, ater, lucis egenus, tenebrosus,
 opacus, inanis, funestus, durus, fremens,
 piger, inamenus, profundus, niger, ululans,
 cauus, uorax, rapidus, infaustus, tur-
 dus, concauus, pallidus, belialis.

Tatijs.

Veteres. Propert. Qui querit Tatijs ueteres
 durosq; Sabinos.

Tacitus.

Ferus. Rex fuit Sabinorum. quo cum Romulus
 imperium Romanum consociauit.

R

a

TACITUS

Taurus.

Auriger, fortis, fumans, minax, trux, eris
 pes, ualidus, toruus, furibundus, corniger,
 acer, furens, spatiosus, rapidus, bellator, ar
 duus, turbidus, indomitus, furiosus, tumens
 durus, segnis, ignifer, ardens, alacer, ferox
 horridus, fugax, horrificans, saliens, imma
 nis, ignipes, oculosus, agrestis.

Taurus, mons.

Cilix, frigidus, inhospitalis, Scythes, id est Scy
 thicus, rigens, niuosus.

Taurus Mons est, teste Plinio, qui ab Indico mari surgit
 Deinde inter Aegyptum & Pamphylicum pelagus
 obiectus, septentrioni dextro latere, leuo meridia
 nae plagæ occurrit. Deniq; se riphæis iugis annectit
 Appellatur autem uarijs nominibus pro gentiū ac
 linguarum uarietate. Apud Indos, Hiamos: apud
 Pathos, Prenyphates: inde Taurus, ubi uerò in ma
 ximam consurgit sublimitatem, Caucasus.

Taxus.

Cyrnea, nocens, inimica, funesta, flagrans,
 metuenda, pestifera, mortifera, noxia, lenis
 feralis, læthalis, amans, frigora, olens,
 baccifera, læthifera, germanica, amara.

TAXUS

Taxus arbor similis est abieti. Baccas profert **Taxus.**
 uenenatas precipue in Hispania, hinc pleriq; toxicum dictum arbitrantur uelut taxicum, mutatione
 literæ. Feralis est, eius fumo necantur mures. Est
 in Arcadia adeò uenenata hæc arbor, ut si quis sub
 ea dormiat aut capiat cibum protinus emoriatur,
 Plinius ait esse innoxiam, si in ipsam clauus æreus
 infigatur. Ea paste apes mel conficiūt amarissimū.
 Frequens est in Corsica.

Taygetus.

Gelidus, algens, uirens, summus, arduum. **Taygetus.**
 Mons est & oppidum Laconia.

Tegmen.

Textile, Lucret. lib 5. Nexilis ante fuit uestis, quã **Tegmen.**
 textile tegmen.

Tegula.

Conuexa, Curta. Propert. lib. 4.

Tela.

Pharia idest, Aegyptia. Icariotis, id est Penelopea **Tela.**
 quoniã Penelope Icarij filia fuit perita lanificij. Mē
 phitis. i. aegyptia, à Memphi urbe Aegyptis, Pen
 dula, tenuis, arachnea, dionea, achmania.

Tectum.

Umbrosum, Tibul. lib. 1. Sic umbrosa tibi contin
 gunt tecta Priape. **Tectum.**

Telchines.

Ialysij. Ouid. li. 7. Meta. Ab Ialysso Rhodi urbe.

Telegonus.

Telegonus Aecus, à matre Circe, quæ uocatur Aeca-
Parricida: quoniã patrẽ Vlyssẽm ab expeditione
Troiana reuersum occidit imprudens.

Telemachus.

Penelopæus. Fuit enĩ filius Vlyssis & Penelopet.

Telemus.

Eurymides. Ouid. in Ibin.

Telephus.

Mysus. Ouid. lib. 2. de Ponto. *Lyrnesius.*

Telephus filius fuit Herculis ex Auge nymphea nu-
tritus à cerua. Hic postea Mysorũ rex factus, quẽ
Græcos ad expeditionem Troianam proficiscentes
prohibere uellet, ne pertransiret per Mysiam, ab
Achille uulneratus est, quæ plaga sanari prius non
potuit, quàm suadentibus oraculis, eadem hasta re-
percuteretur.

Tellus.

Picta, alma, florida, fertilis, dadala, hu-
mida, humens, fœcunda, arenosa, uernas so-
lida, diues, globosa, rosida, grauida, omni-
fera, frugifera, madida, opulenta, ferax, pen-
dula, parens frugum, uernas, uorax, herbifera,
omnipara.

omnipara, multifera, uersicolor, sœta, reni
dens, succuba, prægnatiua, gelida, opulenta.

Telum.

Martium, typhœum, acutum, infestum, misile,
seuum, arborcum, penetrabile, fatale, im/
